

Præteœ Dam. lib. 2. cap. 7. loquens de luminaribus cœli ait: Nos autem dicimus, quoniam non ipsa causa sunt alius eorum, quæ sunt: nec corruptionis eorum, quæ corruptuntur,

Præterea si ex motibus cœlestibus fierent effectus hic inferius: cum sint necessarij & uniformes, ista inferiora essent necessaria, & venirent de necessitate uniformiter, quod videmus esse falsum.

Præterea, si cœlum alteraret terram, vel ista inferiora: oporteret, quod prius alteraret cœlos inferiores, qui sunt intermedij inter luminaria cœli, & ista inferiora; cœli ergo susciperent peregrinas impressiones.

IN C O N T R A R I V M est Comm̄e, super 12. Meta. quod calores generati ex caloribus stellarum generant quamlibet speciem specierum animalium.

Præterea opus naturæ dicitur esse opus intelligentiae, quod non est verum, nisi per intelligentia mouet cœlum, a quo causantur isti effectus inferiores.

R E S O L V T I O .

Corpora cœlestia in hæc inferiora agere dicuntur, non tamen in intellectum directam habet actionem.

Philosophiæ antiquæ error circœlestia.
Tex. c. 4.

Iob. 31.

Tomo 3.

R E S P O N D E O dicendum, q̄ antiqui philosophantes nihil crediderunt esse p̄ter corpora, vnde & animam credebâr esse quoddam corpus: quia aliqui dixerunt ipsum esse sanguinem, aliqui athomos, & sic existimabâr ipsum esse corpus. prius autem qui locutus est de intellectu & de rebus incorporealibus & immaterialibus fuit Anaxagoras, dicens intellectum esse immixtum & immaterialiem, vt patet ex li. physicorum, & ex 3. de anima. secundum hoc ergo antiqui Philosophantes errauerunt, vel ab eis habuit ortum error, vt corpora supercœlestia non solum agerent in ista inferiora, sed etiam essent quidam Dij. Ex quibus hæc omnia causabâr. vnde & Lunam, & Solem posuerunt quidam Philosophi adorari debere. ideo dicitur Iob. 3. Si vidi solem, cum fulgeret, & Lunam incidentem clare, letatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam, quæ est iniquitas maxima, & negotiatio contra Deum altissimum. Ille ergo in abscondito letatur, quando videt solem fulgentem vel lunam incidentem clare, & credit ibi esse aliquid numinis, ex hoc volens facere ei reverentiam in signum seruitutis & latenter osculatur manum suam. quia igitur hoc facere est idolatria: ideo est iniquitas maxima & negotiatio contra Deum altissimum. Credes enim aliquid i Sole & Luna vel in alijs supercœlestibus esse aliquid numinis, dicitur letari in abscondito: quia omnis creatura clamat Deum factorem suū, vt vult Aug. 15. de Tri. Nō est ergo ex manifesto, nec ex luce, cuius est manifestare omnia: sed est ex abscondito, & ex tenebra, cuius est omnia occultare, vt aliquid numinis ponatur in creatura. Alij volentes determinare de actionibus intelligentiarum motorum cœlorum, & ipsorum cœlorum,

A voluerit omnis ita determinatè procedere a Deo, quod immediate ab ipso non sicut creato nisi intelligentia prima, & ab illa intelligentia sicut creatuam primi orbis: quam positionem prosequi est superstitionis: cum solus Deus creare possit.

Dimissio ergo his meritoribus, quod in corporibus sit aliquid numericis, & his superstitutionibus, quod a creatura procedat aliquid per creationem. Dicamus q̄ negare corpora supercœlestia habere effectum in hæc inferiora est negare sensuam: cum sensibilitate experiamur, quod Sol nos calofacit, &

Luna nos infrigit, sed hoc portendo, quod agat in hæc inferiora, quæ credimus esse verū; Quætor difficultates nobis occurront. Prima ex ipsa transmutatione & mutatione, quæ faciunt supercœlestia in hæc inferiora. Secunda ex diuatis tamen transmutationibus. Tertia ex modo secundū quem habent hæc tales transmutationes. Quartæ ex speciebus intelligibiliis: quæ habeat esse in intellectu ipsorum motorum. vtrum illæ species aliquid faciant ad istas transmutationes: vel utram ex illis formis immaterialibus habeant esse istæ formæ materialis hic inferioris generatae. Pri-

ma difficultas sic ostenditur: nam omnes transmutationes, quæ sunt corporibus supercœlestibus, principaliter sunt per corpora luminosa, quia influentia cœlestis principaliter fit à corpore luminoso: cu ergo inter Lunā, & ista inferiora interponat aliquid de sphera Lunæ: quia Luna fixa est ī suo deferente, & deferens hæc esse in sphera Lunæ, sicut medulla in osse: oportet ergo, q̄ aliquid de sphera Lunæ interponatur inter Lunā, & hæc inferiora. & quod dictum est de Lunâ, multo magis habet veritatem de alijs planetis, & multo magis de stellis fixis. nam inter Mercurium, qui immediate est supra Lunam, & ista inferiora non solum interponit aliquid de sphera Mercurii, sed etiam interponit in tota sphera Lunæ, non poterit ergo Luna transmutare ista inferiora, nisi transmutet, & alteret aliquid de sphera sua. & Mercurius non poterit transmutare vel alterare ista inferiora: nisi alteret aliquid de sphera sua, & tota sphera lunæ. sed totū cœlū a globo Lunari supra est alterans inalterabile: si ergo est impossibilis alteratio cœli, impossibilis erit alteratio istorū inferiorū p̄ luminaria cœlestia. Sciedum ergo, q̄ a mouente, vel ab immutante fit immutatio in rebus secundum quod res sunt aptæ natæ recipere immutationes, & propter hoc ponitur communiter exemplum de quodam pisce; qui est similis raiæ: tamen est minor raiæ, & magis delectabilis ad comedendum. Dicitur de illo pisce, quod quando capit in rete, obstupefacit manus piscatoris, & facit eas tremulantes. Vnde dixerunt nobis, qui erant experti, quod cum hoc accidit eis, statim cognoscunt taletum pisces esse captum in rete, cum ergo rete interponatur inter manum & pisces, obstupefit tamen manus, & non obstupefit rete. Aliiquid tamen facit in rete & aliquid in manu, licet illud aliquid sit obstupefactio in manu, & non in rete. Cuius causa est: quia non eodem modo suscipit impressionem pisces, manus, & rete. Sic & in proposito:

Cœlum est
in hæc infe-
riora.

D Exemplum
de pisce co-
pto in rete,
& quo ma-
nis pisca-
torum obstu-
pefit.

posito: non poscent luminaria cœli aliquid imprimere in ista inferiora, nisi aliquid imprimetur in orbibus intermedijs. sed non oportet, quod eodem modo immutentur orbes intermedij, sicut immutantur ista inferiora, sed immutabuntur orbes intermedij, sicut sunt apti nati immutari, & prout natura eorum est apta nata immutationes suscipere: & ista etiam inferiora mutabuntur suo modo, prout eorum natura est apta nata immutationem suscipere. Cum ergo natura cœli semota a contrarietate immutationem illam suscipiat, orbes sine contrarietate immutationem sufficiunt, quia vero natura istorum inferiorum est coniuncta formis contrarijs illam eandem immutationem suscipere poterit cum contrarietate, & quia formæ, per quas fit nova immutatio, quæ sunt lemota a contrarietate, sunt potissimum formæ intentionales, quia non solum in superioribus, sed etiam in ipsis inferioribus contrarietate carent: ergo forte dici poterit, quod omnes immutationes factæ in orbibus a luminaribus cœli sunt intentionales, secundum quas posse immutari, & variari supercellestia videmus ad sensum, quia Lunam videmus eclipsari, & priuari suo lumine, & iterum videmus eam recuperare, lumen postea semper secundum suum motum propriū, aliter, & aliter. Sed si respiciatur a Sole, semper in aliqua sui parte perdit de lumine Solis, & in alia recuperat ipsum, luminaria ergo cœlestia immutabunt orbes cœlestes, & hæc inferiora, sed illa immutabunt intentionaliter, quia non sunt apta nata immutari. Ista vero inferiora immutabunt intentionaliter, & realiter, quia vitroque modo apta sunt immutari. Sed quia intellectus non quiescit, dubitabit forte aliquis, dicens hoc esse mirabile, quod medium mutabitur intentioniter tantum, & ab eodem agente perueniat actione per medium ad extrema immutata non solù intentionaliter, sed realiter. Cui dubitationi satis debent sufficere iam dicta, quia ab eodem agente potest prouenire mutatio per medium ad extremum, non eodem modo, immutato medio, & extremo: sicut non eodem modo immutata manus, & rete peruenit immutatio a pisce ad manū per rete.

*Alteratio
inferiorum
per orbes
quæ intelli-
genda.*

Ad maiorem tamen intelligentia preditorum dicemus, quod inter influentiam, & immutationem factam in hæc inferiora a corporibus cœlestibus, ipsa luminaria erunt principaliora, in mutationibus prefatis. ergo orbes erunt quasi eorum organa: sed virtus principalis agentis habet esse in organo, quasi in quodam transitu, ut virtus artis habet esse in sera, quasi in quodam transitu: & artificiatum non assimilabitur serræ, vbi est virtus artis, secundum quendam motum, & secundum quendam transitus, sed similabitur ei, quod est in mente artificis, vbi ars habet principaliter, & stabiliter esse. Sic & in proposito: Si a luminari per orbē sit mutatio in ista inferiora, qualitas illa, per quam luminare cœlestis habet immutare ista inferiora, in ipso luminari cœlesti erit realiter, principaliter, & stabiliter. In

*Cœli immu-
to qualis.*

A ipso autem orbe, quod est quasi quoddam organum in talibus immutationibus, erit hoc secundum quendam motum, & secundum quendam transitus: nec oportet, quod ista inferiora immutata a luminaribus cœlestibus imitetur ipsos orbes, vt sit tota intentionaliter in eis talis immutatio, sed imitentur ipsa luminaria, vt sicut in ipsis luminaribus est quædam virtus, & qualitas realiter, per quam immutant, sic in ipsis inferioribus habebit esse quædam qualitas realis, per quam ab illis luminaribus etiam realiter immutantur.

B Aduertendum autem, quod diximus ista inferiora immutata à luminaribus cœlestibus imitari ea, & quod non oportet, ex hoc imitari orbes, vñ enim sumus isto verbo imitari, & non assimilari, quia cum valde diminutè ista inferiora recipiant ea, quæ sunt in luminaribus cœlestibus, vt si calefiunt ab eis non eodem modo erit caliditas hic, & ibi, propter quod in ipsis inferioribus respectu luminarium cœlestium magis erit quædā imitatio, & analogia, quæ vniuersatio, & assimilatio, non est enim ibi diligens comparatio, vel non est comparatio cum diligentia mensurata istorum ad supercellestia: sed sunt hæc quædam imagines, i. quædā imitagini illorum, vt a Dio, de diuini, nominibus haberi potest.

Dub. I. Lateralis.

*An Luminaria ab eodem Sole lu-
men recipientia, ex varietate
recipientium, variè in hæc
inferiora influant.
Conclusio est affirmativa.*

D. Bonauen d. 14. p. 2 artic. 3. q. 2 Ric. d. 14. q. 17. Dorb. d. 14. q. 1. Land. d. 14. q. 9.



OL V T A hac difficultate: Dubitaret forte aliquis de diversitate alterationum, & transmutationum facta a cœlestibus in hæc inferiora. Nam cū omnia luminaria cœlestia recipiant lumen à Sole: cum non agant in hæc inferiora nisi per lumen, quod emittunt in ea receptum a Sole; cum istud lumen sit ab uno, & eodem principio. videretur, quod omnia agant eodem modo. & quia videmus in eis diversitatem transmutationum, & alterationum in hæc inferiora: ideo merito orta difficultas.

Sciendum ergo, q̄ posito, sic esse, q̄ non immutant luminaria alia cœlestia, nisi per lumen; quod recipiunt a Sole, non oportet tamen, q̄ uno, & eodem modo immutent, licet recipiant unū, & idē lumen, nam colores non immutant visum, nisi p. aetū lucidi, & nisi actu illuminati, diversi in coloribus possunt diversimodo immutare visum, nō obstante, q̄ sunt una, & eadem luce perfusi: lux enim recepta in eis, recipiatur secundum modum recipien-

*Luminaria
vnde diuer-
sas in hæc i-
feriora cau-
fare possint
transmuta-
tiones.*

recipientium. & quia colores positi sunt diversi, per unam, & eandem lucem offerent se visui, ut diuersi: & diuersimode immutabunt visum. sic, & in proposito alia, & alia luminaria cœli habent alias, & alias virtutes, & alio, & alio modo alterant ista inferiora. Dato ergo, quod sine luce locati non possent per illas, & alias virtutes, quas habent, alterate aliter ista inferiora: illa tamen lux solaris recipitur in eis secundum modum recipientium: ut una, & eadem luce perfusa: propter alias, & alias virtutes, quas habent in ipsis inferioribus, alterationes alias, & alias exercebuntur.

Dub. II. Lateralis.

*An corpora cœlestia, ut organa principalia, agant in hac inferiora.
Conclusio est affirmativa.*



Adamusq[ue]o
trahat ferrum,
sed d[icit] op[er]io
vno abole-
uit: & virtus
huiusmodi
magister ad-
scibitur.

O L V T A difficultate prima lateral[is], dubitaret forte aliquis: Per quem modum illa supercœlestia agant in ista inferiora. Scindum ergo, quod in ipsis inferioribus videmus multos modos actionis, & passionis: quia videmus virtutes communes elementorum, quæ sunt calidum, & frigidum &c. Per quas agunt, & patiuntur elementa ipsa, etiam mixta: ut abundant in eis qualitates, agunt & patiuntur per eas. sed videmus aliquos effectus hic inferius, qui non possunt reduci ad has quatuor qualitates: vt Adamas attrahit ferrum ad diuerisas differentias positionis, qui tractus ad has quatuor qualitates reduci non possunt, sed dicimus, quod est alia virtus in adamante sequens ipsam eius formam specificam, per quam fit talis tractus. vnde communiter dicuntur talia fieri magis a tota specie, quam a virtute aliqua sequente formam specificam: & per consequens sequente totam speciem. In ipsis etiam seminibus tam animalium, quam herbarum, vel plantarum sunt aliquæ virtutes, per quas ex similibus similia procreantur, quæ sufficienter in qualitatibus elementorum reduci non possunt. possunt enim qualitates elementorum, prout reseruantur in mixtis, iuware ad productionem talium, sed quod ista sufficiant ad talia producenda apparet cuilibet esse falsum, oportet ergo alias virtutes esse in seminibus decidas a generantibus, vnde talia fiat, & quod dictum est de seminibus in his, quæ generantur ex semine, veritatem habet in putrefactionibus in his, quæ generantur ex putrefactione, quod facit semen in iis, quæ generantur ex semine. His itaque prælibatis: dicamus quod elementa, & semina, & omnia ista inferiora habentia quascunque virtutes, sunt quædam organa supercœlestium corporum, & supercœlestia corpora sunt quædam organa intelligentiarum mouen-

A rium ea. sicut ergo organum nihil potest facere sine illo, in cuius virtute agit: sic omnia ista inferiora nihil possunt facere sine virtute cœli. ideo Philosophus in principio. 8. Physicorum dicit motum cœlestem esse vitam in enibus, quia omnia ista inferiora participant vitam, i.e. participant motum, qui est quoddam opus vitæ per motum cœlestem: quia nullus motus agitur hic inferioris non causatus, & nō generat à cœlesti motu. Cū ergo videamus hic tantas varietates specierum rati in animalibus, quam in aliis: oportet, quod omnia ista veniant ex motu cœli, & ex aspectibus Stellarum eius. vnde Commen. super 1. 8. Metu, ut dicebatur Com. 8, supra, ait, quod calores generati ex caloribus Stellarum generantes quamlibet speciem specierum in animalibus: proprias habent mensuras illius caloris ex quantitatibus motuum Stellarum, & dispositionibus illarum ad inuicem in propinquitate & remotione, calores ergo ex quibus generantur, non solum hæc species, vel illa, sed omnes species animalium proueniunt ex caloribus Stellarum, & dispositionibus eorum: prout aliter, & aliter se habent ad inuicem in propinquitate, & remotione. vna enim, & eadem Stella, prout unam speciem respicit directe, & habet ad eam aspectum dyametralē: & aliam respicit obliquè, & habet ad eam aspectum non directum: faciet ad generationem alterius, & alterius speciei. Est enim diligenter notandum, quia ignoramus naturam cœlestem: vt quia in una parte sunt multæ Stellaræ, quæ sunt Stellaræ magis spissæ: in alia autem parte cœli sunt Stellaræ magis rarae: credimus forte hoc casualiter factum esse, sicut qui nesciret naturam animalis,

C & videret venas, & neruos in una parte corporis se habere aliter, quam in alia: crederet forte hoc casualiter factum esse. sed cognoscens naturam animalis videret clare, & aperte, quod nulla est ibi vena, nullus est ibi nerus, qui non habeat suum iuamentum, vel in toto corpore vel in aliqua parte corporis animalis. sic in corpore cœlesti: si scitemus naturam eius, cognosceremus nulla esse ibi iuinationia non habentia iuamentum ad regnum istorum inferiorum: vel secundum totum, vel secundum aliquam partem, & quia videmus aliquibi Stellaras esse magis spissas, alicubi magis raras: & videmus in octava sphæra esse tot Stellaras: in qualibet autem sphæra planetarum non esse nisi unam Stellam, non casualiter facta sunt: sed diuina prudētia sunt propter effectum mancipata, quia sic expediebat regno vniuersi. Cum ergo quæritur quomodo corpora supercœlestia agant in ista inferiora, vel regant ea: patet, quia omnia ista inferiora sunt quædam organa supercœlestium corporum: ita quod supercœlestia corpora tāquam principaliora agentia, quam ista inferiora, habent quædam principalitatem respectu productionis omnium specierum, quæ producuntur, ut sicut calores omnium specierum animalium habent mensuram ex caloribus Stellarum: sic omnes virtutes hic inferioris habent mensuram ex virtutibus supercœlestibus: vt nulla species hic inferioris fiat, nisi secundum mensuram, & proportionem.

Celum quo
transmutet
hic inferius
ra.

portionem virtutum illarum: & sicut omnia ista inferiora sunt organa supercœlestium corporū, sic omnia supercœlestia corpora sunt organa intelligentiarum mouentium ea, quæ possunt dici eorum motores appropriati, & eorum animæ. sed de hoc in sequenti difficultate pater.

Dub. III. Lateralis.

*An ab intelligentijs producantur
formæ materiales, &
naturales.*

Conclusio est affirmativa.

Dorb. d. 14. q. 3.



OLYT A difficultate secunda, fortedubitaret aliquis: Vtrum species immateriales, quæ sunt in intelligentijs mouentibus orbes, aliquid faciant ad generationem istorum materialium: Vel quod idem est: Vtrum ex ipsis formis immaterialibus procedant, & producantur istæ formæ materiales.

Sciendum quod ex duobus, quæ videmus hic inferius, possumus declarare veritatem quæstionis. Videmus enim hic inferius, quod à forma, quæ est immaterialiter in mente artificis, habet esse forma artificiati in materia exteriori, ut hoc modo in talibus fiat conueniens ex conuenienti: vt à domo, quæ est in anima, fiat domus in materia: & ab arca, quæ est in anima, fiat arca in materia, ut patere potest in pluribus locis per Philosophum & Commentatorem.

Sed dices quid facit arca, quæ est in anima ad arcam, quæ est in materia? Dicemus quod secundum Philosophum in Ethicis, ars est recta ratio factibilium, quia ergo artifex de artificio, quod vult facere, concipit rationem; ideo per illam rationem conceptam regulatur manus eius, & regulatur eius instrumentum, ut sié fiat forma artificiati in materia secundum formam, & ratione quam concipit de ipsa in anima: & cum artificiatum non imitetur, nec manum, nec ferram: nec aliquod quocunque instrumentum, sed imitetur formam, & rationem, quam de ipso concepit artifex; patet, quod à forma, quæ est immaterialiter in mente artificis, est forma exterior in mente artificiati.

Possimus autem ad declarationem propositi aliud exemplum adducere. Nam videmus per artem Magorum: & per operationem Dæmonum aliqua hic inferius fieri, cum Magi Pharaonis fecerint de virginis suis Serpentes, sicut fecerat Moses. Quod non possunt facete secundum Augustinum de Trinitate, nisi per occulta semina coniuncta.

Artificia
quomodo à
forma, quæ
et in mente
Artificis &
decanuntur.

7. Metr.
Tex. c. 23.

Magorum ars
ex D.P.Au-
gust. Tomo
3. De hoc vi
de fusus in
notro de
Cometis
Discusa. VI

gendo activa passiuis. Illi ergo Serpentes, & naturales, & artificiales dici poterant. prout ergo Dæmones per artem suam illa occulta semina sic adaptabant ad sua passiuia, vt fierent inde Serpentes, quos in mente conceperant: illi Serpentes quo dammodo dici poterat artificiales. Poterat enim dici, quod à forma Serpentis, quæ erat immaterialiter in mente Dæmonis cōcepta, fiebat forma Serpentis in exteriori materia.

Poterant etiam dici Serpentes illi naturales, prout occulta semina, quæ adhibebat Dæmon ad productionem illorum Serpentum, naturaliter hoc agebant. Vnde secundum Augu. 3. de Trini. Quicquid fecerunt illi mali Angeli de Serpentibus, & ranis, fecerunt per quædam occulta semina adhibita, cum ergo illa semina naturaliter agerent, veri erat illi Serpentes, & naturales: sic & in proposito Angeli mouent orbes orbiculariter, & uniformiter, quia sic sunt apti nati moueri, & hoc modo est eorum motus naturalis. Moti autem ut sunt apti nati moueri, faciunt ad generationem omnium specierum, quæ hic inferius producuntur. quod ergo Angeli moueant eo modo orbiculariter, & uniformiter celos: vt sunt apti nati moueri, & vt sunt apti nati facere ad generationem hic inferius omnium specierum, regulant per formas, quas habent apud se de omnibus istis speciesibus, ut hoc modo omnes formæ istæ materiales sint a formis illis, quæ sunt in mentibus motorum orbium. ante enim, vel tunc, cum inciperūt mouere orbes, cognoverunt in quadam generalitate, non quod essent directè praesci futurorum per species, quas habebat apud se, sed per omnes species, & omnes formas, quæ erant hic inferius producendæ, & sic se regulauerūt, & regulant in mouendo orbes, per illas species, quas habent in intellectu, & orbes ab eis moti faciunt ad generationem omnium formarum hic inferius productarum. propter quod bene dictum est, quod ab illis formis immaterialibus sunt istæ formæ materiales. Sic enim dicendo, concordamus cum verbis Philosophi in 7. Metaph. dicentis: Omne, quod fit, fit à sibi conuenienti: sive fiat per naturam, ut homo ab homine: sive fiat per artificium, ut domus ex domo, vbi Commen. ait, quod domus, quæ fit ex lateribus, & lapidibus, generatur à domo, quæ est in anima artificis. Et quia motores orbium sunt quasi artifices omnium istorum inferiorum, consequens est, quod à formis in mentibus illorum artificium conceptis sint formæ hic inferius in materia generatae. Hoc etiam concordat cum verbis Comentaria, in 12. dicentis: Natura hic inferius non facit aliquid nisi perfectè, & ordinatè, quamvis non intelligat nisi rememorata ex virtutibus agentibus nobilioribus ea, quæ dicuntur intelligentiae. idem & ibidem ait, quod totum hoc prouenit ab arte diuina intelligibili, quæ est similiis formæ vienii artis principalis: sub qua sunt artes plures: ab illis ergo ideis, quæ sunt in mente diuina, vbi est ars principalis: & a speciebus, quæ sunt in mentibus motorum orbium, in quibus sunt multæ artes sub una illa arte principali, proueniunt

de & Nico.
Lyr. sup. c. 7.
8. Exodi. &c
de suscitatio
ne Samue
lis variis o
pin. vide in
nostro addit
to discut
tu.

Tex. c. 23.
& 30.

Ibidem.

Com. 11.

nunt omnia, quæ hic inferius producūtur. Hoc etiam concordat cum verbis Boetij in suo lib. de Trinitate, vbi ait: q̄ ex his formis, quæ sunt præter materiam, venerunt istæ formæ, quæ sunt in materia, & efficiuntur corpus: & ait, q̄ cæteris, quæ in corporibus sunt, supple formis, abutimur, formas vocantes. Vult enim, q̄ non sint propriæ formæ, sed sint quædam imagines, i. imitaginiæ formarum immaterialium. Has autem formas immateriales, a quibus sunt istæ imitaginiæ, possimus dicere esse principaliter formas, quæ sunt in mente, & in arte diuina: & esse formas immateriales non principaliter, sed sub principaliter, quæ sunt in mentibus motorum orbium. Et hoc modo sunt multæ artes sub una arte principali, vt p Commen. superius dicebatur.

Sed dices, quod formis, quæ sunt in mente Angeli, non obedit materia exterior, nisi quantum ad motum ad vbi, non autem quantum ad motu ad formam. Ad quod dici potest, quod immediate non obedit materia exterior conceptioni existenti in mente intelligentiæ, nisi quantum ad motum ad vbi, sed per illum motum ad vbi potest mouere ad formam. Sicut mali Angeli mouēdo occulta semina ad vbi, mouerunt materiæ exteriorem ad formam, faciendo inde Serpentes, & ranas, prout illa semina naturalia adhibita erant apta nata illa naturaliter producere: sic & motores orbium mouendo orbes ad vbi mouent omnia ista inferiora ad formas: prout per motus orbium sunt aptæ natæ naturaliter produci. Cum enim in ipsis artificiis inferioribus non obediāt conceptioni eorum, nisi manus secundum motum ad vbi: quia mota, mouetur serra, vel aliud instrumentum, vt hoc modo inducatur forma artis: quia inducta, dicitur à forma in mente artificis, esse forma in materia artificiati, multo ergo magis à formis immaterialibus in mentibus motorum sunt formæ hic inferius de potentia materialiter educitæ.

R E S P. A D A R G. A R T. II.

AD PRIMUM dicendum, quod luminaria cœli ita sunt signa istorum inferiorum, quod etiam sunt causæ eorum, nam prout in effectibus eorum pronosticamur aliqua de futuris, vt quia sero rutilat cœlum, pronosticamur serenitatem: quia ergo corpora cœlestia non solù sunt causa illius tubedinis, quæ est signum serenitatis, & ex qua pronosticamur de serenitate, sed etiam sunt causa illius serenitatis sic per pronosticationem habitæ: ideo sic sunt signa, q̄ sunt etiam causæ.

Ad secundum dicendum, quod materia in ipsis inferioribus potest multipliciter impediārur: ideo non de necessitate fiunt isti effectus inferiores. propter quod dixit Ptolomeus, quod expectandum est iudicium ex secundis Stellis, appellat autem secundas Sellas, ista corpora inferiora, vel

Astrologoriū iudicia quo impediārur, vide Gabr. Biel. d. 14. q. 1.

Quæst. III.

A istas materias inferiores. Cum enim videt Astronomus ex aspectibus siderum aliquos effectus debere fieri, vt pluuias, vel aliquid tale, non statin debet dicere: Tales effectus sient: sed debet considerare: Vtrum materia sit hic inferius disposita, vel indisposita ad effectus illos: quia ex indispositione materiae præfari effectus poterunt impediti.

Ad illud autem Dam. quod luminaria cœli non dicimus, quod sint causa eorum, quæ hic inferius sunt: Dici debet, quod non sunt causæ necessariae, quod non possit impediri eorum effectus: & in quantum deficiunt a productione suorum effectuum, possunt dici causæ deficientes, & etiā possunt dici signa, & non causæ: prout vero efficiunt, quæ pronosticamur ex eis, possunt dici signa, & causæ.


Ad quartum dicendum, q̄ si luminaria cœli immutaretur ista inferiora, quod prius immutaretur ipsos cœlos. Patet solutio per iam dicta.

A R T I C. III.

An liberum arbitrium motui cœlesti subiiciatur.

Conclusio est negativa.

Aegi. 2. De anima. Commen. 150. d. 2. D. Tho. 1. p. q. 115. artit. 4. & 6. Item 2. senten. d. 15. artic. 3. Et Quol. 1. 2. artic. 5. corp. D. Bonauen. d. 14. p. 2. artic. 3. q. 3. Thom. Arg. d. 14. q. 1. artic. 3. Dur. d. 14. q. 2. p. 2. Voril. d. 14. q. 2. Ioan. Gand. 8. Physi. q. 6.



EXTRIO queritur de Luminarib[us] cœli, prout specialiter cōparantur ad liberum arbitriū: Vtrum habeant aliquid efficere in eo.

Et vide, q̄ sic. Quia omne disforme reducitur in aliquid uniforme. Sic enim fuit comprehensum ultimum mobile, quod est supra octavam sphæram, sive supra sidera, quia comprehensum est per Armillas Astronomicas, cœlum sidereum moueri diuersis motibus. Ista ergo contingentia, & disformia reducuntur in motum cœli, qui est uniformis. Sed inter cætera contingentia, & variabilitia, sive disformia sunt motus liberti arbitrij: omnes ergo tales motus reducuntur in motum cœli, qui est uniformis.

Præterea Dionysi. 4. ca. d. diui. nomi. loquens de lumine solari ait: quod omnia vivificant, continent, & perficit: & est ævum, & mensura existentium: & numerus, & ordo, & ambitus, & causa, & finis: ergo &c.

Præterea videmus aliquos naturæliter ex complexione eorum inclinati ad aliquod vitium, vel ad aliqua opera virtutum: sed super complexionem habet virtutem, & potentiam aspectus siderum; ergo illa opera virtutum, vel virtutum, quæ sunt

sunt effectus liberi arbitrij, habent causari ex alio, & alio aspectu siderum, & ex motu cœlorum,

I N C O N T R A R I V M est: quia si ex necessitate ista fierent, homo nec mereretur, nec demereretur.

In suo Cen.
Mogio.

Præterea secundum Ptolemaeum: Sapiens dominabitur astris. Per sapientiam ergo non solum nō cogimur per motum astrorum, sed possumus dominari astris. Per sapientiam ergo non solum non cogimur per motum astrorum, sed possumus dominari astris.

R E S O L V T I O .

Nulli rei liberum nostrum arbitrium directè subest, nisi soli Deo, qui cogere ipsum, cum sit liberum, non potest, sed immutare, ipsa libertate manente. Sin fecis: absurdia multa sequerentur. Corpora autem cœlestia nos tantum inclinant.

Sidera an di
rectè agant
in lib. arbit-
riūm.

R E S P O N D E O dicendum, aliquos fuisse huius opinionis, q̄ sidera etiam directè agant in liberum arbitrium non solum secundum exigentiam recipientium, sed etiam secundum exigentiam agètium, & quia sidera habent motum necessarium, secundum quem agunt, & inclinat; ideo secundum istos iuxta hanc exigentiam necessitatis de necessitate inclinatur liberum arbitrium secundum necessarium motum siderum. Sed isti ignorant vim verbi, ignorantes, quid sit liberum arbitrium, quia ex quo est liberum, sidera non possunt ipsum cogere ad hoc agendum.

Vide idem su-
pra d. 1. p. 2.
q. 2 arti 3. in
Refol. dubia.
& vide ibi
declaratio-
nen huius
dicti. & loca
Aitio.

Rursus: cum omne, quod recipitur in aliquo, recipiatur secundum modum rei recipientis. omnia, quod recipitur in libero arbitrio; oportet, q̄ recipiatur secundum modum liberum, ut libere agantur, & sicut quæcunque per liberum arbitrium efficiuntur.

Propter hoc fuit aliis modus dicendi, q̄ sidea ditione agant in liberum arbitrium, sed illa actio, & id, quod recipitur a sideribus, in libero arbitrio non recipitur secundum modum agentium, sed secundum modum recipientis, ut ille impulsus siderum, & illa inclinatio recipiatur in voluntatiè, ut voluntas voluntariè agat per illud: vel quod idem est, ille impulsus recipitur in libero arbitrio libere, ut ex hoc non cogatur, sed libere agat quæcunque agit.

T.c. 6 & 1.
de anima.
T.c. 24. & 3.
Physic.
T.c. 37.

Sed nec istud stare potest, q̄ aliqua virtus corporalis, & organica habeat directam actionem, & influentiam in virtutem immaterialem, & nō organicam: sed voluntas, & intellectus fundatur in ipsa existentia animæ, non in organis corporali bus. Vnde dicuntur virtutes immateriales nō organicae, ut patet ex 3. de anima. vbi Philosophus loquens de intellectu dicit, ipsum esse virtutem non in corpore, id est non organicam. secundum enim Philosophum, dicentes voluntatem homi-

A nis moueri secundum motum cœli, dicunt intellectum esse sensum. Hæc enim sunt verba Philosophi dicentis, q̄ voluntas hominis mouerut ad præsens tempus, vel ad præsentem horam: vel, quod idem est, voluntatem hominis esse quid tē porale, vel esse quid subiectum tempori, sive horæ, & dicit intellectum esse sensum.

Idem etiam Philosophus ibidem ait, q̄ talē voluntatē habet homo, qualem voluntatē Pater virorum, deorumque sibi adduxit. i. qualem adduxit sibi Sol, qui est Pater Deorum. i. Planeta rum, quia omnes Planetæ, & omnes Stellæ ha- bident lumen à Sole, & est Pater virorum. i. hominem: quia, ut dicitur in Physicis, Homo generat hominem, & Sol, dicens ergo hoc secundum Phi losophum, dicit intellectum esse sensum.

2. Physic.
T.C. 26.

Ad cuius rei evidentiam sciendum, quod voluntas est appetitus intellectius, & differt ab appetitu sensitivo, quia appetitus sensitivus sequitur sensum: voluntas, quæ est appetitus intellectius, sequitur intellectum. Ex inde ergo est, quod quia appetitus sensitivus est virtus organica, sensus est virtus organica.

Et quia appetitus intellectius est virtus non organica, intellectus est virtus non organica. principalis ergo differentia inter intellectum, & sensum est, sicut inter organicum, & non organicum, & si multæ differentiæ possunt assignari inter vtrunq;, ut quia intellectus pro obiecto ha- bet vniuersale, vel quia intellectus in intelligen- do abstrahit: sensus vero sentiendo nō abstrahit: oēs tales differentiæ ex prima differentia oriūntur.

Obiectū in-
tellectus est
vniuersale.

C Quare si corpus cœleste directè haberet causalita tem super voluntatem, cum corpus non possit directè causalitatem, nisi super corporalia; volun- tas esset quid corporale, & quid organicum: & si voluntas esset quid corporale, & quid organicum, intellectus esset quid organicum. quo pos- sito, intellectus esset sensus. ppiter quod nullo modo directè voluntas, quæ est virtus non organica, potest esse subiecta corpori cœlesti.

Celum dire
ctè agere in
voluntatem
nostram. A-
batur appa-
reniaratio-
ne.

Sed dices: Sicut se habet mobile ad mobile; ita se debet habere motor ad motorem, & maximè si sit motor appropriatus, vbi dicitur esse idem iudicium de mobili, & motore. Sed anima humana potest dici motor corporis appropriatus, mo- tores vero cœlorum, qui à Philosophis vocati sunt animæ cœlorum, sunt motores appropriati cœlorum. cum ergo ipsum corpus humanum sit subditum ipsi cœlo, & cœlum directè habeat causare suos effectus in corpore humano, video, quod Motor cœli directè habeat causare suos effectus in anima, quæ est motor corporis humani: & si habet directè causare effectus in animam, habet causare directè suos effectus in illis potentijis, quæ fundātur in esse animæ. sed vo- luntas est potentia fundata in ipso esse aīe; ergo motor orbis directè habet causare suos effectus in voluntatem, sed quicquid causat Motor orbis in ista inferiora: totum causat, mediante orbe cœlesti, vel mediante suo motu. ergo morus cœlestis directè

direc^te habebit suam causalitatem in voluntate. A Sc̄iendum igit̄, quod illa comparatio, cum dici quod sicut mobile se haber ad mobile, id est corpus celeste ad corpus humanum: ita se habet motor ad motorem: veritatem habet, quanda motor eductus est de potentia mobilis. propter quod si anima rationalis educeretur de potentia materiae per motum celi, oportet, quod esset direc^te supposita celo, & motori celi: sed cum anima humana, quantum ad suam essentiam, creetur immediate à Deo: oportet quod immediate quantum ad voluntatem, & quantum ad liberum arbitrium sit supposita ipso Deo. Deus enim licet non possit cogere voluntatem; quia tunc voluntas non esset voluntas, sed implicaret contradictionem; potest tamen eam pro libito immutare, quia cor Regis in manu domini, quocunque voluerit vertet illud. Et quod dictum est de corde, vel de voluntate Regis: veritatem habet de voluntate cuiuslibet hominis.

Nouob. 21. Tren. 5. B Et ideo oramus: Conuerte nos domine, & conuertemur. Si autem vera esset illorum opinio, quod animæ humanæ causarentur à Motoribus celorum, vel ab intelligentiis: oportet quod directe essent subiecte motoribus celorum, vel intelligentiis, sed cum causentur a solo Deo: in te liberum arbitrium, & Deum nullum est medium. potest enim esse, quod quantum ad intellectum Angeli sint mediij inter nos, & Deum, quia illuminationes possunt descendere a Deo in nos per Angelos. sed quantum ad liberum arbitrium, non sumus directe subiecti nisi soli Deo. indirecte autem, ut persuadendo quod potest homo, & Angelus nobis aliqua persuadere, & hoc modo voluntatem nostram mouere, vel indirecte aliquem effectum faciendo in nostro corpore, per quod facilius inclinemur ad illa: quia corpore disposito, secundum aliquam passionem facilius inclinatur anima secundum passionem illam. hoc ergo modo & corpora coelestia calefaciendo corpora nostra, nos possunt inclinare ad aliqua illicita: & etiam corpora hic inferius, ut cibi, & potus sumptui in abundantia, & facientes superfluum alimentum, ad aliqua illicita nos inclinant.

* Homo est Dñs stellarum actionis ex Dam. &c ex Attit. 3.8th. 5. Ex precepto n. Saluatoris nisi tenemur prout inclinationi naturali resistere abnegantes nosmetip- pos. Voluntas à Deo cogi non potest, sed immuta- ri. idem in 1. sent. princ. 2. d. 16. q. 2. Dictu autē p. Pauli in Act. Apost.

Quod autem hoc sit verum: patet per Dam. in 2.lib.ca.7. dicentem. ¶ Nos enim liberi arbitrii a Conditore facti existimus domini nostrorum actuum. Sienim ex astrorum alligatione agimus omnia secundum necessitatem, propter quod nec virtus, nec malitia est in nobis: non sumus domini nostrorum actuum, & per consequens nec liberi arbitrij.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, quod disformitas, & variabilitas actuum liberi arbitrii reducuntur in uniforme: sed non in motum celi, nec in motores celorum: nisi forte secundum aliquam dispositionem causatam in corpore, ad quam sequitur aliqua inclinatio in anima: sed directe reducuntur in diuinam prouidentiam, & in voluntatem Dei.

Ad secundum dicendum, quod sol omnia vivificat, & habet omnia illa efficere, quæ narrat Dion, sed hoc est quantū ad corpora ista inferiora, quæ generantur, & si habent, vitam vivificantur per calorem Solis, & aliarum Stellarum. sed quantum ad liberum arbitrium directe non habet aliquid efficere, sed indirec^te, vt dictum est.

Ad tertium dicendum, quod naturaliter ex complexione inclinatur aliqui ad aliquod vitium, & aliqui ad aliud. sed ex hoc non arguitur, quod liberum arbitrium sit directe subiectum attritus, sed indirecte in quantum aliquid efficiunt in corpore, quo facto, anima ad aliqua illicita faciliter inclinatur.

A R T I C. IIII.

An celi sint animati.

Conclusio est negativa.

D. Th. 1.p.q. 70 art 3. Et de Pot. q. 6 art. 6 Item Qyol 12. art. Et 2. celi Lecl. 14. 18. & 19. Ric. d. 14. q. 16. Franc. Mayr. 2. sent. d. 14. q. 1. Bacc. d. 16. q. 1. Ant. Andr. d. 14. q. 2. Borb. d. 14. q. 3. Land. d. 14. q. 4. Gott. d. 14. q. 2.



V A R T O quætitur de animatione celorum: vtrum sint animati. Et videtur quod sic. Nam Auic. vult, quod celum sit animal obediens Deo: sed omne animal est corpus animatum: ergo &c.

Præterea, Philosophus plane dicit in de cælo & mundo, quod celi sunt animati, & ass. gnat in eis dextrum & sinistrum qui proprio non habent esse nisi in rebus animatis.

Præterea philosophus in 12. ait de primo Matorre, qui mouet sicut desideratum, & amatum, & loquitur de motione celorum. Si ergo Deus mouet celos sicut desideratum, & amatum, ergo celi mouentura Deo sicut desiderantes, & amantes. sed non possent desiderare, & amare, nisi essent animati, ergo &c.

Præterea sicut inconveniens esset ponere, quod aliqua hic existentia mouerentur ex se, & celum, quod est primum mobile, non mouerentur ex se: sic quia non solum moueri ex se est quid nobilitatis, sed etiam esse animatum est quid nobilitatis. Inconveniens ergo est ponere ista inferiora, quæ sunt subdita celo, esse animata, & non celum.

I N C O N T R A R I V M est Dam. lib. 2. cap. 6. dicens: Nullus autem animatos celos vel luminaria existimet. Inanimati sunt enim & insensibiles.

Præterea Comment. in 8. Meta. ait, quod in corporibus celestibus non est res animata: quia illic

20. Alligat. ego sp̄u v4. 40 in Hiero- falem, intel ligitur de sp̄u. S. um dulciter im bellente. sic id genus a. lia dicta su- mi debent. Quando au tem Rom. 7. ait. Nō qd volo bonū hoc facio, sed qd nolo malum hoc ago. sic intel ligitur: Ve- lute mea sequente di stanina sp̄i titus velle bonum, sed carnis lego suadente. il lud non facio. &c. Sed hanc mate- riam filius vide ista d. 25. Sed qd quātum ad astus impe- ratos possit cogi, nō eli citos. Vide d. 25 q. 1. art. 4. Vide enā Doct. d. 1.p. 1. q. 3. art. 3. libi 2. sent. de voluntate duplii mo considerata. Tho. Art. 1. sent. d. 1. q. 2. art. 1.

Alii non est aliquid, quod animetur per animam, vel quodd viuere per vitam.

RESOLVATIO

Celi, non anima informante, sed assistente, & movente, sunt animati.

R E S P O N D E O dicendum, quod apud sapientes ponere cœlestia animata, vel inanima ta est disputatio ad nomen secundum veritatem autem idem est vnum, quod aliud. nam omnes recte sentientes concedunt esse aliquas intelligentias appropriatas orbibus mouentes oibes, dicentes ergo cœlos inanimatos: intelligunt, quod ex motoribus illis, & cœlis non sit vnum secundum esse, sicut sit ex anima humana, & corpore. Dicentes ante cœlos animatos, intelligunt hoc idem, quod non sit vnum secundum esse ex corpore cœli, & eius anima sine eius motore, sed dicuntur animati, & dicuntur viuere in quantum motores eorum influunt eis motum, qui est quodam opus vitae. Quod patet manifeste per Commentaria in loco præallega, qui vult, qd corpora cœlestia sint animata ex anima intellectuali: non ita, quod ibi aliquid animetur per animam, nec viuat per vitam, viuere enim secundum Philosophum viuentibus est esse. In corporibus ergo celestialibus non est aliquid, quod viuat per vitam, vel ex motoribus eorum: & quod ex eis non sit vnum secundum viuere, id est secundum esse, sed sit vnum secundum mouere, vel secundum motum: in quantum motores eorum influunt eis motum, qui, vt dictum est, potest dici quodam opus vitae. Tamen ne aliqui assumant occasionem errandi, dicentes cœlos esse animatos, & quod sit vnum ex motoribus eorum, & eis, secundum esse, quod sit in aliquo animali ex anima, quæ est motor corporis, & corpore; Distinguimus omnes gradus animatorum, & ostendemus cœlos nō posse esse in aliquo illorum graduum, quatuor enim sunt gradus animatorum, secundum Philosophum in de anima. vegetarium, sensitivum, secundum locum motuum, & intellectivum.

Sed diceret aliquis: non sunt nisi tres gradus, videlicet plantæ, quæ viuunt anima vegetabili, animalia bruta, quæ viuunt anima sensibili; & homines, qui viuunt anima intellectuali. sed inter sensibilia sunt duo gradus, quia aliqua animalia habent animam sensitivam valde imperfectam, & non mouentur de loco ad locum, sed solum mouentur secundum dilatationem, & constrictiōnem, vt apparet in ostreis marinis, quæ solū aperiunt se, & postea claudunt, habent enim eadē ostrea in loco suæ generationis alimentum, quo indigent, nec mouentur a dicto loco, nisi per impulsum aquæ, vel per aliquam violentiam. Ipsæ enim seiphas non mouent, nisi aperiendo, & claudendo, vel dilatando se, & contractando. Sed sunt animalia nobilitiora mouentia seipha secundum locum propter quod sunt illi quatuor gradus, quos superius numerauimus. Quare si cœli sunt

aiati: hoc non erit secundum animam vegetativam, & nutritivam, quia tunc indigerent alimento; nec secundum aiām sensitivam, quia fundatum oīum sensuum est sensus tactus, vt cōiter ponitur. Sed obiectum tactus sunt quatuor qualitatēs sensibiles: Calidū, frigidum &c. & ideo sensus tactus est media ratio illarum qualitatum: & organum est compositum ex illis qualitatibus: secundum quandam medianam proportionem, si ergo cœlum esset animatum anima sensibili, essent in eo contrariæ qualitates, & esset quid corruptibile, nec oportet, quod cœlum sit animatum propter intelligere, quia in intellegendō abstrahimus a corpore, & intellectus est virtus non in corpore. propter quod concluditur communiter, & bene, qd si cœlum est animatum, hoc est propter mouere tantum. propter quod si sit vnum secundum esse ex anima cœli, & cœlo: hoc erit solum, vt anima cœli moueat cœlum, sicut sit vnum ex anima humana, & corpore, vt anima humana moueat corpus.

Ad quod dicunt aliqui, qd sufficit istam unitatem ponere secundum contactum, sufficit ergo, quod virtus intelligentiæ attingat cœlum, ad hoc quod moueat ipsum. Sed sic dicentes solum concludunt, qd possit moueri cœlum absque hoc qd sit vnum ex motore cœli, & cœlo secundum esse. Sciendum ergo, quod si motor cœli sic moueret cœlum, qd fieret vnum secundum esse ex motore, & cœlo, vt supra tangebamus, accideret motori cœli lassitudo, & non posset perpetuari motus cœli, nam cum in motore cœli sua essentia, & sua potentia habeant quendam ordinem, & maxime, loquendo de potentia nō organica, quæ fundatur in ipsa essentia, ergo essentia motoris cœli iūgetur essentiæ cœli, & fieri ex eis vnum secundum esse, & tunc potentia illius motoris non organica nō immediate attinget corpus cœli, nec poterit immediate per talē potentiam mouere cœlum, sed oportebit dare aliquam virtutem organicam, per quam mouebitur cœlum, sicut appetit in nobis, quia anima nostra facit cum corpore vnum secundum esse. & ideo potentia non organica fundata in essentia animæ non immediate attingunt corpus, nec potest anima per eas immediate mouere corpus: sed oportet esse aliquas potentias organicas, per quas mouet corpus. sic & in cœlo si fieret ibi vnum secundum esse, oporteret cœlum moueri per virtutes organicas, quibus accidit lassitudo, quo posito non posset perpetuari motus cœli, nec posset esse semper uniformis. Cogimur ergo ponere, qd motor cœli non coniungitur immediate cœlo per essentiam, nec facit cum eo vnum fīm esse, sed immediate coniungitur per potentiam suam nō organica, & per eam attingit cœlum immediate, quo i faciendo potest mouere cœlum uniformiter, & sine lassitudine, & pot posset perpetuari motus cœli.

Accipiendo ergo large animatum, prout cœli dicuntur animati, possumus distinguere quinque gradus animatorum, vt insimmo gradu sint vegetabilia, & iste gradus non dividatur in plures

Potentia nō organica fundata in essentia animæ non immed. attingit corpus, sed per potentias organicas.

Artorum gradus quoq. & quæ.

Aegid. Super iij. Sent. Iii gradus

gradus, quia omnia sunt affixa terræ. Ideo inter omnia animata tenent insimum gradum, sicut tenet insimum gradum terra inter omnia elemēta. In alio gradu sunt sensitiva, & iste diuiditur in duos gradus, prout anima sensitiva potest esse minus perfecta, & magis perfecta. Animata ergo per animam sensitivam minus perfectam retinent sibi nomen commune, & dicuntur sensitiva: quia non mouentur secundūm locum; nisi se dilatando, & constringendo. Et ista sunt supra vegetativa, & sunt in secundo gradu. Alia sunt animata secundum animam sensitivam magis perfectam, & ista sunt in tertio gradu, & habent proprium nomen secundūm locum motiuam. Supra autem secundum locum motiuam sunt animata per animam intellectuam, vbi est assignata duos gradus: prout anima intellectua potest esse minus nobilis, ut anima, vel magis nobilis ut anima cœli. Vnde, & in lib. de causis, animæ cœlorum vocantur animæ nobiles. Propter quod Tertia propositio de causis loquens de animabus cœlorum ait. Omnis anima nobilis &c. animæ ergo humanæ, ex quibus cum corporibus fit unum secundūm esse: faciunt quartum gradum animatorum, animæ vero cœlestes ex quibus cum suis corporibus fit unum secundūm operationem, & motum: sunt in quinto gradu animatorum.

Sed dices: Cum animæ humanæ, & animæ cœlestes moueant sua corpora secundūm locum; vi detur quodd in illo gradu, in quo locantur secundūm locum motiuam, debeant animata per animas humanas, & per animas cœlestes collocare. Sciendum ergo, q̄ sicut secundūm locum motiuam sunt animata per animam sensitivam: ponuntur supra sensitiva, quia habent perfectiorem animam sensitivam: sic & intellectuam, quia sunt supra secundum locum motiuam, & quia habent speciale nomen: non obstante, q̄ ista sunt secundum locum motiuam: reponuntur in superiori gradu, & vocantur intellectuam, & habent duplē gradum, vt superius est expressum.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, q̄ cœlum est animal obediens Deo, quia eo modo, quo est animal, & quod facit unum cum anima sua, quia non facit unum secundūm esse, sed secundūm operationem, pōt dici aīal.

Et per hoc patet solutio ad secundūm. quia cœli sunt animati modo, quo dixi nam dextrum & sinistrum in animalibus magis accipit ut secundum motum, quam secundum esse, nam illa pars dē dextra, vnde incipit motus. & quia motus incipit ab oriente: oriens est pars dextra cœli, quilibet enim in seipso experit: q̄ a parte dextra incipit motus, & pars dextra est magis mobilis. ppter quod volentes luctari, vel bellare: semper pedem sinistrum tenent immobilem, & secundum pedem dextrum se faciunt ante, & retro, prout requirit eorum bellum.

Ad tertium dicendum, q̄ Deus mouet cœlos vt desideratum, & amatum, quia mouet eos per motores cœlorum desiderantes, & amantes eum. Sufficit enim, q̄ ex cœlis, & eorum motoribus fiat

A vnum secundūm motum, ad hec, vt moueantur per motores suos desiderantes, & amantes Deū. Ad quartum dicendum, q̄ eo modo, quo sunt animati cœli, sunt nobilitiori modo animati, quā alia: cum ipsis sint incorruptibiles, omnia autē alia sunt corruptibilia.

Dub. I. Litteralis.



V P R R. litteram primo queritur de illo verbo, q̄ firmamentum est factum ex aquis. Aug. 2. super Gen. videtur assentire, vt habetur in littera, sidera esse facta ex igne. Cum ergo secundum Philosophum in de cœlo, & mundo, omne quod naturaliter est fixum in aliquo, sit de natura illius, in quo est fixum; sidera, quæ sunt naturaliter fixa in Firmamento, sunt eiusdem naturæ cū Firmamento, ergo si illa sunt naturæ igne, & sunt facta de igne. Firmamentum siue cœlum siderum erit factum de igne, non de aqua.

Dicendum, q̄ omnia ista de igne, & de aqua non sunt dicta secundūm proprietatem, vel secundum propriam naturam, sed per quandam analogiam, & assimilationem, & quia secundūm aliquid potest in Firmamento esse assimilatio ad ignem, & ad aquam, potest ad utrumque referri.

Vel potest dici, vt ibi aquæ, vt supra dicebatur, non stent pro elemento aquatum, sed stent pro tota illa materia in formi, vnde sunt facta alia.

Dub. II. Litteralis.



L T E R I V S forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur, q̄ Chrystallus est lapis de aquis factus. quod videtur falsum. quia si esset de aquis factus, esset factus per frigiditatem congelantem aquas, non ergo generaretur Chrystallus in terris calidis, cum calor non faciat aquas duras, sed vaporabiles.

Chrystallus ex quo fiat.

Dicendum, quod fīm quosdā & duæ sunt species Chrystallorum, quia quædam est species Chrystalli generata multum calida, & quædam est species ipsius generata ex congelatione, & ex frigiditate. sed non videtur hoc posse stare: q̄ per calidum, & frigus fiat induratio: nisi per aliam, & aliam materiam. Videmus enim, quod lateres indurantur per calorem, & ex hoc secundum Philosophum pertinent ad elementum terræ. Glacies autem induratur per frigus, & pertinet ad elementum aquæ. Si ergo essent duæ species Chrystalli, una indurata per calorem, ille Chrystallus sic generatus pertineret ad elementum tetræ, & esset opacus, & per consequens non esset Chrystallus. Sed alia species generata ex frigore, quæ pertinet ad elementum aquæ, possit dici Chrystallus. Sed si dicatur, q̄ materia oīum liquabilis est aqua; Dicemus, q̄ Chrystallus non est per se liquibilis; nisi fiat liquibilis

Cœlum quo
potest dei
animal.

Dextrum, &
sinistrum quo
sumuntur in
animalib⁹.

Luctantium
mos.

liquabilis ab alchimista, & ex quibusdam ad- A iunctis.

Dicemus etiam, quod liquabilia per ignem non indurantur: nisi insfridentur remota ab igne, sed illa, quae per se, & secundum se, & existentia in igne generantur dura, pertinent ad elementum terræ. Chrystallus ergo si per calorem generaretur durus: pertineret ad elementum terræ.

Chrystallus
semper a fri-
go gener-
atur per se:
ac oce per
scidens.

Sciendum ergo, quod etiam in terris calidissi- mis possumus dare frigiditatem ad generandum Chrystallum, sed aliter generatur Chrystallus in terris frigidis, & in Alpibus: vbi semper sunt nubes, quia generabitur super terram, vbi semper continuabit frigus, per excessum calidum poterit generari in cauernis terræ ex aliqua humiditate ibi stellante, vbi per excessum caloris exterioris augmentatur frigus in cauernis subterraneis, quæ sicut sunt frigidiores tempore calido, quam frigido; ita sunt frigidiores in partibus calidis quam frigidis.

Dub. III. Litteralis.



Venia quo-
cunque d-
catur à Spū
Sa dlo est.
iudic in Pro-
logo.

L T E R I V S forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur de figura cœli, quod Spiritus Sanctus, &c. Sed contra Secundum Ambro. Verum a quoque dicatur à Spiritu Sancto est, sed multi Philosophi, & multi Sancti locuti sunt de figura cœli, dicentes eam esse rotundam, quod rationibus insolubilibus probatur, sic esse ergo Spiritu Sancto auctore, doctores plures Sancti, & alii narrauerunt ista.

Dicendum, quod Magistri Doctores nostri, & compositores librorum pertinentium ad canopem Biblio, vbi de figura cœli tractant: non agunt directe secundum sensum litteralem: quia si cœli extenduntur, sicut pellis, vel, ut habet alia littera, sicut camara: propter hanc verba non directe creditur figura cœli.

Dub. IV. Litteralis.



Firmamentum
pro totoglo-
bo sidereo
vsque ad lu-
nam.

L T E R I V S forte dubitaret aliquis de illo verbo: Fecit Deus duo luminaria magna, & posuit ea in firmamento cœli, nam luminaria magna sunt Sol, & Luna Firmamentum cœli est cœlum sidereum, ut videtur in littera, cum ergo Sol, & Luna non sint in cœlo sidereo, quia inter Solēm, & cœlum sidereum interponuntur tres sphærae planetarum: inter Lunam autem, & cœlum sidereum interponuntur omnes alii planetæ, ergo &c.

Dicendum, quod firmamentum, vel cœlum: vbi posita sunt luminaria magna, & Stellæ, potest vocari a cœlo Chrystallino usque ad globum Lunarem, secundum quem modum Rabanus, ut supra patuit, omnes cœlos cœlestes distinxit in

tres cœlos, videlicet in Empyreū Chrystallinū, & sidereū: Alii aut cœli, quos ipse nominat, ut patuit, non sunt propriæ cœli cœlestes, sed elementales.

Sic ergo accipiendo cœlum sidereum: oportet, quod contineat Firmamentum usque ad globum Lunare, secundum quem modum accipiendo cœlum per luminaria magna: oportet alios planetas, & omnes Stellas esse in tali cœlo.

B Vel si volumus pro firmamento accipere solū cœlum sidereum: vbi sunt Stellæ fixæ, & non Planetae; Dicemus, quod sic stat littera Gene. Quia fecit Deus duo luminaria magna, & Stellas, & posuit eas in firmamento cœli, ibi enim Stellæ non stant nisi pro Stellis: quæ sunt in cœlo sidereo: vbi sunt solum aliquæ Stellæ fixæ. Moyses enim loquens populo rudi fecit mentionem de Sole, & Luna: quæ quilibet percipit.

De alijs autem planetis non fecit mentionem, quia populus rudi nescit eos discernere ab alijs Stellis. Stellas autem ipsas dixit positas in firmamento cœli.

Dub. V. Litteralis.



L T E R I V S forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur: Diuidant diem a nocte, & sunt in signa, & tempora, & dies, & annos, quomodo hæc veritatem habeant.

Luminaria
quæ sunt in
signa, & pa-
ties, & annos.

C Dicendum, quod omnia hæc possunt referri ad motum solis, vel ad motum aliorum planetarum, vel ad Stellas fixas, motus enim solis aliquid sortitur ex motu primi mobilis, & aliquid ex se ipso. Ex motu primi mobilis diuidit diem a nocte, & est in dies. Diuidit enim diem artificialem a nocte, nam quantum ad partes revolutionis eundo ab oriente ad occidens: super hemisphaerium nostrum facit diem artificialem: redeundo ad orientem facit noctem, quantum ergo ad partes revolutionis diuidit diem a nocte. Quantum vero ad totam revolutionem facit diem naturalis: & quia multis revolutionibus peragit, dicitur esse in dies, cum ergo hoc competit. sibi ex motu primi mobilis, quod infra diem, & noctem siue in una die naturali compleat revolutionem totam, bene dictum est; quod ex motu primi mobilis habet Sol, quod diuidat diem a nocte, & quod sit in dies, sed ex motu proprio habet, quod sit in annos, & tempora, & signa, & gradus: quamuis degradibus non agatur in littera, propter quos gradus esse in dies non solum competit soli ex motu primi mobilis: sed etiam ex motu proprio, diuidere ergo diem a nocte, adaptabimus soli ex motu primi mobilis, sed esse in dies possimus adaptare sibi ex motu primi mobilis, ut iam dictum est, & ex motu proprio.

D Ex motu enim proprio peragens unum gradum Zodiaci facit una diem, quia quasi quilibet die peragit unum gradum. Dicimus autem, quasi, quia cum Zodiacus non habeat nisi 300, & 60 gradus: tempus in quo Sol peragit totum Zodiaceum habet, 365. dies, & sextas horas, ut Aegidius super iij. Sent. llii 2 dicit

dicit Aug. 2 super Gene. ad litteram. Non ergo complete peragit Sol in die unum gradum; sed quasi, peragendo ergo quasi unum gradum; facit diem, peragendo 30. gradus; peragit totum signum, & facit mensem. Propter quod annus habet 12. menses, & Zodiacus dividitur in 12. signa, sed sicut Zodiacus dividitur in 12. signa, sic dividitur in quatuor quartas, & quilibet quarta continet tria signa; secundum quas quatuor quartas sumuntur quatuor tempora, sed quatuor quartas, & quatuor tempora, secundum. Astronomos sumuntur iuxta quatuor puncta notabilia in celo, quae sunt principium arietis, principium cancri, principium librae, principium capricorni: A principio arietis usque ad principium cancri peragitur illud tempus, quod dicitur Ver. Deinde usque ad principium librae peragitur tempus, Aestas. Deinde usque ad principium capricorni peragitur Autumnus: a principio capricorni usque ad principium arietis peragitur Hyems. Peragendo autem omnes istas quatuor quartas, peragitur annus, & sic dicitur annus.

Quod autem dictum est de Sole, potest dici de alijs planetis, quod semper infra diem, & noctem revoluuntur semel motu primi mobilis: secundum quem modum possunt dividere die a nocte, & facere diem naturalem, sed quod sunt in signa quantum ad 12. partes Zodiaci, qui dividitur in 12. signa, & quod hoc modo faciant menses, & quantum ad quatuor quartas Zodiaci, quod hoc modo faciant tempora; & quantum ad totum Zodiacum, quod hoc modo faciant annum, oportet ista accipere secundum alium, & alium motum planetarum. Saturnus enim in 30. annis compleat Zodiacum, unus ergo annus Saturni sunt 30. anni solares, & unus mensis Saturni sunt duo anni cum dimidio. & sic de aliis. Qui ergo vult laborare: poterit omnia ista adaptare ad alios planetas, & ad octauam spatem, quae omnia aliquo modo innuit August. 2. super Gen.

Aduertendum autem, quod nos signa, & tempora, &c. Retulimus omnia haec ad unum, & id est sidus, quia ex solo Sole possunt accipi omnia ista, vel ex solo Saturno, vel etiam ex quolibet alio planeta, vel ex celo sidereo: tamen qui vell posset non omnia referre ad unum, & idem: secundum quem modum loquitur Aug. 2. super Gen. dicens, quod esse in dies, & annos: potest referri solummodo ad Solem: ex cursu cuius accipiuntur dies, & anni. esse autem in signa, & tempora, potest referri ad alia sidera; ex quibus possunt accipi signa, & tempora.

Dub. VI. Litteralis.

LTERIVS forte dubitaret aliquis, cum signa accepta sint secundum 12. partes zodiaci; ex quibus accipiuntur 12. signa, & 12. menses: sub quo zodiaco currunt omnes planetae. Vtrum possint accipi signa secundum ea, quae sunt hic inferius.

A Cum ex stellis multa praenosticent homines, & quod sunt Stellarum in signa aliquorum effectuum futurorum,

Dicendum, quod Aug. 2 super Gen. istam questionem mouens ait, quae signa dicat scriptura, cum dixit de sideribus: Sint in signa; & respondet quod non illa signa dixit Scriptura, quae obseruare est vanitas. sed quae sunt huius vita vobis utilia, & necessaria; possunt ergo signa referri ad effectus, quos praeosticantur per sidera hic inferius, sed non ad effectus vanos, & superstitiones, secundum quod faciunt Mathematici, qui ex naturitate hominum praeosticantur de omnibus futuris contingentibus sibi. Contra quos loquitur Apostolus ad Galatas, dicens: Dies obseruantur, & menses, & tempora, & annos &c. sed effectus non superstitiones, immo utilles: vel signa ad tales effectus, que vel nautae obseruant in gubernando, vel omnes homines ad praevidendas aries qualitates, non est inconveniens talia signa obseruare, & ad talia signa referre Scripturam sacram.

Gal 4.

Dub. VII. Litteralis.

LTERIVS forte dubitaret aliquis de verbo August. 2. super Gene. qui loquens de temporibus, de quibus dicitur: Sint in tempora; & cum ait, quod non vocat tempora spatia moratum, sed effectus siderum, vel quae per sidera sunt: vel secundum ipsum vocat Scriptura sacra tempora vicissitudines affectionum cœli. Sed contra: Semper loquendum est de re secundum diffinitionem eius. sed diffinitio temporis est, quod est numerus motus secundum prius, & posterius: talis numerus non potest esse sine mora, vel sine spatio moratum, oportet ergo, quod per tempora intelligantur spatia moratum.

Dicendum, quod tempus prout est numerus, est unum quid continuum. Propter quod dicitur esse unum tempus omnium temporalium, si ergo loquimur de tempore in plurali, & dicimus, quod sidera sunt in tempora; satis convenienter potest hoc referri ad plura, & varia, quae habent hic inferius efficacite. & ideo referamus nos tempora ad quatuor partes anni, secundum quas sunt variae affectiones cœli, non quod cœlum affectatur varie, sed quia varie nos afficit, nam in vere nos humectat, & calefacit: in aestate, nos calefacit, & desiccatur. Propter quod dictum Augustini est competens ad propositum.

Ad formam autem arguendi dicendum, quod non excludingimus a temporibus spatia moratum, sed illis spatiis superadmodum: prout diuersimodo hic inferius nos afficiunt.

DIST. X V.

De rerum mixtarum, & sensibiliū creatione.



IXIT ETIAM
DEVS: PRO^A
DV CANT, &c. }
Postq^z Magister de-
terminauit de operi-
bus quatuor dierū,
in parte ista determi-
nat de operibus alio-
rum duorum dierū.

Circa quod qua-
tuor facit. quia Primo determinat de operibus
diei quintæ, quando ex aquis fuerunt productæ
aues propter ornatum aeris, pisces propter orna-
tum aquarum. Secundo agit de operibus,
diei sextæ, quando ex terra fuerunt productæ ani-
mæ viuentes, iumenta, animalia, & bestiæ. Tertio
circa hoc mouet quasdam quæstiones. Quarto
agit de operibus diei septimæ. Secunda ibi:

{ Sequitur. } Tertia ibi: { Quæri solet. } Quarta
ibi: { Iam de viij. } Due primæ partes patet. Tunc
sequitur illa pars: { Quæri solet. } In qua mouet
quasdam quæstiones. Circa quod tria facit.
quia primo quærit de animalibus venenosis, &
nocivis, vtrum fuissent creata ante peccatum ho-
minis. Et soluit, quod creatæ fuissent: sed nullo
modo homini nocuissent. addit etiam, quod cū
hoc, quod illa animalia sint modo nocua, sunt
etiam nobis proficia. quia nos terrendo, vel pro-
bando: vtrum simus animosi, & viriles: inducunt
ad perfectionem virtutis. Secundo mouet ali-
quam quæstionem de animalibus minutis, quo-
rum quædam generantur ex rebus corruptis, &
ex corruptione terræ, & aquæ: quædam ex corru-
ptione lignorum, vel herbarum: quædam ex cor-
ruptione corporum mortuorum. vtrum talia
fuerint etiam creata. & soluit, quod ea, quæ crea-
turæ de corruptione corporum mortuorum, non
creduntur tunc facta fuisse. quæ vero de terra, vel
aquis, vel de his, quæ generantur, in eis ortum su-
munt: tunc creata fuisse non in congrue dici po-
test. Tertio specialiter descendit ad produc-
tionem hominis. Secunda ibi: { De quibusdam. }
Tertia ibi: { Omnibus autem. } Secundæ due pars
patent. Tunc sequitur illa pars: { Omnibus
autem. } In qua specialiter descendit ad produc-
tionem hominis. Circa quod duo facit: quia
primo dicit, quod post omnia Deus produxit ho-
minem dicens: Faciamus &c. Secundo speciali-
ter reuertitur ad tractandum de operibus Sæcto-
rum. Secunda ibi: { In hac enim rerum. } Prima
pars patet. Secunda pars diuiditur in tres. quia
primo narrat communem opinionem Sancto-
rum, quomodo per spatiæ temporum fuerint
facta opera sex dierum. Secundo narrat opini o-

Aliæ vene-
nosa quādo-
creta, & qd
homini p-
sint. Vide
Dost. in He-
x. p. 2. c. 49.

Aliæ minu-
ta qd crea-
ta. Vide Do-
sto. in Hex.
p. 2. c. 49.

Hominis p-
dustio.

Oga se die
rum an per
spatia tem-
poris fida.

A n em Augu. quomodo omnia fuerint distincta,
& facta formaliter, sicut cœlum, & sidera, & ea,
circa quæ non videmus fieri nouas mutationes.
ea autem, quæ mutantur, sicut videmus conti-
nuæ, nouiter generati plantas, & arbores: non
sopportet tunc fuisse facta formaliter, sed materiæ-
liter. Et assignat rationes August. quia Moyses
loquens populo rudi, dixit talia per moras tem-
porum fuisse facta, ut facilius rufis populus pos-
set hoc capere. Assignat etiam rationem aliam,
quia potuit Deus simul facere, quæ non potuit
homo simul dicere. Tertio relinquit iudicio, &
discretioni Lectoris, vt de his accipiat quod pla-
ceret sibi. Secunda ibi: { Alijs autem per interval-
la. } Tertia ibi: { Illi, qui his auctoritatibus. } Par-
tes patent. Tunc sequitur illa pars: { Iam de se-
ptimæ. } In qua agit de his, quæ facta fuerunt
septimo die. Circa quod tria facit: secundum
quod de tribus agitur in die septimo, videlicet
de quiete Dei, & completione, & benedictione,
& sanctificatione Sabbathi. Primo ergo agit
de quiete Dei dicens, quod Deus quietuit; id est
ab omni opere cessauit, & non fecit quid no-
num, cum non omnino quietuit, quia opera fa-
cta cōtinuavit. luxa illud Ioān, Pater meus, &c.

Secundo agit de completione operis, quomo-
do septima die Deus compleuit opus: cum in
sex diebus facta sint omnia. Ad quod respon-
det, quod septimo die aliquid fuit factum, quia
Deus dedicauit, & sanctificauit septimum diem.
Sicut aliquid fecit Salomon dedicando templū.

Tertio agit de ipsa sanctificatione, & de bene-
dictione diei septimæ. Secunda ibi: { Sed quæ-
runtur, quomodo. } Tertia ibi: { Illum autem diem. }
Partes patent.

Q VÆ S T I O I.

De Animalibus ad elementorum
ornatum, ac de ijs ad quin-
tum, sextumq^z, diem
pertinentibus.

I R C A hanc distinctionē quæ-
runtur duo. Primo videlicet de
animalibus productis ex elemen-
tis, & propter ornatus elemen-
torum, quæ pertinent ad quin-
tum, & sextum diem. Secundo
de his, quæ pertinent ad septimum diem. Circa
primum queruntur duo. Primo de ipsis anima-
libus, vt sunt producta ex elementis. Secun-
do queretur de eis, vt sunt ornamenta elemen-
torum.

ARTIC. I.

*An Animalium aliqua de terra,
aliqua de aqua facta sint.
Conclusio est affirmativa.*

Aegid. in Hexam. p. 2. cap. 29. & 40. D. Th. 2. sent. d. 15 q. 2. art. 1. D. Bon. d. 15 art. 1. q. 2.



D primū sic proceditur: Videatur inconveniēter esse dictum, quod quædā animalia fuerūt producta de terra, quædam de aquis. nam animal est corpus animatum sensibile. In sensibus enim videtur abundare calor. terra ergo, & aqua cum sint frigida, non videntur ex eis facta animalia sensibilia.

Præterea, inter omnia corpora hic inferius existentia: corpora animalium sunt nobiliora. ergo sicut de nobilioribus elementis: sed nobilita elementa sunt ignis, & aer. ergo de eis sunt facta corpora animalium.

Præterea unumquodque corpus mixtum tenet in locum secundūm dominium alicuius elementi: quod dominatur in ipso. sed locus animalium est aer. ergo ex aere factæ sunt aues, vel aer dominatur in eis.

Præterea Aug. 2. super Gen. videtur plane dicere: aues esse factas ex aere.

I N C O N T R A R I V M est littera Gen. ubi ex aquis dicuntur esse factæ aues, & pisces. ex terra vero iumenta reptilia, & bestiæ.

RESOLVATIO.

In Animalibus, ex aquis natis, in aliquo magis, quæ in alio aqua dominatur.

**Animal qd-
biber ex qua-
tuor elemen-
tis.**

a. de Ge. so.

**Elemento-
rum loca.**

**Exemp'um
de vase im-
plendo.**

R E S P O N D E O dicendum, quodlibet mixtum consistat ex quatuor elementis, & specialiter quodlibet animal, ut habetur in de generatione & ex eiusdem nutrimentis, & sumis. non ergo ut ait ibi, nutritur ex uno simplici elemento. In elementis autem primo debemus considerare eorum loca. Secundo eorum qualitates. Loca autem eorum possumus considerare, vel ex eorum motibus, vel ex eorum formis. Aug autem super Gene. ex motibus elementorum probat loca eorum, probat enim aquam esse super terram, quia si proiecatur terra in aquam, ibit ad fundum, & petet in sepiorem locum: quod non esset nisi terra esset naturaliter inferior aqua, & aqua esset superior ea: aer autem est superior aqua, quia ut dicit Aug. ibidem, quod si vas plenum aere demergatur in aqua: ex parte illa, unde vas impletur, aer, qui est

Quæst. I.

A in vase non permittit aquam ascendere, quod non contingit, nisi quia aer naturaliter est super aqua. aer ergo non valens exire de vase, non permittit aquam ascendere. ignis naturaliter est supra aerem, quia ut ibidem Aug. ait, si ardenter factam capite deorsum quisque teneat, videbit flammas ad superiora condescendere.

Inspectis ergo locis elementorum ex eorum motibus: possumus etiam ea, loca inspicere ex eorum formis: quia quantum dat generans elemento de forma: tantum dat sibi de loco. ut quantum dat sibi de forma leuis: tantum dat sibi de loco sursum, & quantum dat sibi de forma grauia: tantum dat sibi de loco deorsum. & quia via sunt formaliora grauibus, & secundum suum sunt supra grauia: elementa formaliora, supra minus formalia. ut sphæra ignis est supra sphæram aeris, & sphæra aeris supra sphæram aquæ, & cooperit totam aquam: sic & aqua cooperitet totam terram, nisi dinina prouidentia aliquam gibbositatem fecisset in terra ad saluanda animalia habitantia in ea.

Ad sciendum ergo mixtionem elementorum in mixto: debemus considerare loca elementorum, & qualitates eorum, quia aliqua sunt calida, aliqua frigida, aliqua humida, aliqua secca.

Et specialiter debemus considerare in animalibus, in quibus videmus, quod naturalis locus eorum est deorsum: ita, quod quantum ad locum oportet, quod in eis dominantur elementa grauia, sed quantum ad qualitates, cum vita consistat in calido, & humido oportet, quod in eis

C dominantur elementa levia, ut, quia ibi dominatur calidum, oportet, quod ibi dominetur ignis, quia vero ibi dominatur humidum, & specialiter humidum, non de facilis desiccabile, cuiusmodi est humidum aeris: ibi dominatur aer. terra autem sine aqua est puluis. sic ergo ratione vitæ in mixtione animalis concurrit ignis ratione caliditatis: & aer ratione humiditatis, quæ debet esse non de facilis desiccabilis. sic ratione ponderositatis concurrit ibi terra. ratione continuatæ cōcurrunt ibi aqua: quia terra esset tota puluis, & tota discontinuata ratione sue siccitatis, nisi continuaretur per humidum aqueum. humidum enim aereum non videret facere ad soliditatem terræ, quia puluis per admixtionem aeris non videretur continuari, & consolidari, sed per admixtionem aquæ.

Ex his ergo potest patere illa communis distinctione: quomodo se habent elementa in mixto: quomodo dominantur ibi elementa levia, & quomodo grauia, quia secundum quantitatem mobilis in quolibet mixto dominantur elementa grauia, & specialiter terra: cum omnia mixta sint ponderosa, & naturaliter tendant ad terram. ipsæ etiam aues secundum suam naturalem motum tendunt ad terram. ergo secundum quantitatem molis in mixto dominantur grauia: sed secundum quantitatem virtutis in mixto, specialiter in corpore animalis propter virtutem, quam habet, quæ consistit in calido, & humido.

Elemen-
toriū
mixtio-
nimai qd-
cōsidēda.

Elemen-
taqđ
se habeant
in mixto,
&
qd grauia,
& levia in
mixto domi-
nentur.

mido dominatur elementa levia: ignis, & aer. Cum enim ex uno pugillo aquæ: hanc decem pugilli aeris, & ex pugillo aeris. 10. ignis, si secundum quantitatem iatum esset in mixto de aere, & igne: quantum est de elementis graibus, cū aer, & ignis sint elementa formaliora, & magis activa: corruptent alia elementa, & non posset durare mixtum. Eo ergo modo sit mixtio elemensorum, quod elementa habeant aliquam proportionem ad invicem, & aliquam aequalitatem, q̄ possit per aliquid tempus conseruari mixtum, quia frustra ageret natura, si statim cum est introducta forma mixti, corrumperetur mixtum: durat ergo mixtum per maius tempus, & per minus tempus secundum proportionem miscibiliū. Omne enim mixtum est corruptibile, quia est compositum ex elementis contrarijs. Nec oportet, quod mixtum magis durabile sit magis nobilis, & magis perfectum, quia tuū lapides, & res inanimatae essent nobiliores rebus animatis: & vegetabilia essent nobiliora sensibiliibus, & multa animalia essent nobiliora hominibus. Nobilitas ergo in talibus accipienda est secundum nobiliorem formam. Nobilior autem forma secundum nobiliorem operationem: propter quod homo est nobilissimum animalium, quia habet nobilissimam operationem, quæ est intelligere. alia verò animalia se excedunt secundum magis, & minus, secundum quod habent perfectiore, vel imperfectiore animam sensitivam. Cum ergo instrumentum animæ sensitivæ sit calor, quod patet, quia ex corde vbi est quasi fons caloris, à quo procedunt spiritus ad sensus, & ad cerebrum. qui spiritus propter distantiam cordis, & propter longam vigiliam instigidantur, & infrigidati descendunt, & inducunt somnū: propter quod necesse est calorem dominari secundam virtutem in complexione cuiuslibet animalis: ex quo calore semper consumitur humidus radicale. quo consumpto moritur animal, sicut consumpto oleo, extinguitur lucerna. Et sicut duobus modis potest extingui candela, vel per suffocationem, vt si superponatur cornu, vel aliquid aliud super ipsam: vel per consumptionem materiae; Sic duobus modis naturaliter moritur animal: quia, vel suffocatur cor ex materia morti attingente ipsum, vel ex consumptione humidi, in quo consistebat vita. Cum ergo ex mixtione elementorum generetur omnia animalia, quæ sunt ornamenta elementorum: oportet tot esse mixtiones elementorum, quot sunt species animalium, etiam in qualibet specie oportet esse multos gradus mixtionis. Non est enim, quid punctale mixtio, quam requirit corpus humanum. Compensata ergo proportione elementorum, ultra quam non staret complexio humana, vel citra quam stare non posset; in illo intermedio est dare multos gradus; Ut tamen ponamus sensibile exemplum. Dicemus, quod tamen posset esse de igne in compositione corporis humani, quod si esset ibi plus, non esset corpus humanum: & quod dicitur ex parte maioritatis: veri-

Mixta nobis unde sumatur.

Sensus quo
sit in aliis.

A tatem habet ex parte minoritatis, quia posset esse ita modicum de igne, quod si esset minus, non saluaretur ibi complexio humana: nihilominus huiusmodi complexio habet tantam latitudinem, quod aliqui sunt complexionis sanguineæ, quia secundum proportionem humorum, quam requitit complexio humana, abundat in eis sanguis, qui appropriatur aeri, cum sit calidus, & humidus, sicut aer. aliqui sunt coleric, quia abundant in eis colera, qua appropriatur igni, quia est calida, & sicca, sicut ignis: & sic de complexionibus alijs. In una etiam, & eadem complexione sunt quasi infiniti gradus, quia etiam illi, qui voluntur coleric possunt participare magis, & minus de colera, & sic de complexionibus alijs. Quod ergo dicebatur de igne secundum majoritatem, & minoritatem, quia posset tantum de igne, vel ita modicum esse, quod ultra, vel citra non staret complexio humana; etiam intelligendum est de quolibet alio elemento.

B Ex hoc autem patere potest, quomodo aliqua animalia dicantur facta de terra: non, quod fuit terra pura, sed quia in mixtione eorum abundant elementum terræ, plus, quam in mixtione eorum, quæ dicuntur esse facta de aqua, secundum quem modum alia terrestria sunt facta de terra: Pisces autem, & Aves dicuntur esse facta de aqua. quia in complexione eorum abundant elementum aquæ: aliter tamen, & aliter, quia in piscibus abundant aqua secundum se. In avibus autem abundant aqua, secundum quod est admixta aeri: propter quod aues non volant, nec vivunt nisi in isto aere grossō, qui est humectatus vaporibus aqueis, vel vaporibus grossis.

C Advertendum autem, quod cum dicimus in piscibus abundant aquam: non oportet, quod in mixtione illa elementorum, quam requirit complexio piscium, secundum quantitatem plus sit ibi de aqua, quam de terra: sed sufficit, quod compensata mixtione elementorum, quam requirit complexio animalium, quod in mixtione elementorum, ex qua resultat complexio piscium: plus sit ibi de elemento aquæ, quam in mixtione elementorum: ex qua resultat complexio animalium.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, quod licet in omnibus animalibus habeat aliquod dominium ignis ratione caloris, quod est instrumentum animæ; non dicuntur tamen animalia esse de igne materialiter, quia si esset ibi tantum de igne, quantum est de alijs elementis, corrupterentur omnia alia elementa. Potest ergo in animali abundare ignis secundum quantitatem virtutis, non secundum quantitatem materie: propter quod aliqua animalia dicuntur facta de aqua: aliqua de terra, vt patet per iam dicta,

D Ignis quo
dominetur
animalibus.

Ad secundum dicendum, quod mixta sunt longe nobiliora, quam elementa, vt patet ex formis eorum, & ex actionibus ipsorum, propter quod non oportet, quod magis sit ibi de elemento ignis in nobiliori complexione, quamvis ignis sit elementum nobilius. complexio enim humana, que est

Mixta vnde
sunt elemen-
tis nobilio-
ris.

Ter. c. 6

A est nobilissima, non habet plus de igne, quam complexio aliorum animalium: immo est magis redacta ad medium, quam aliqua alia complexio, secundum quod dicitur in 2. de anima, quod homo habet meliorem tactum, qui est media proportio qualitatum tangibiliuum, quam aliquod aliud animal. & ex hoc colligitur, quod complexio humana sit magis redacta ad medium, quam complexiones aliae: habere ergo plus de nobilibus clementis, non facit nobiliorem complexione, sed habere tantum, quod ex mixtione eorum possit resultare nobilior operatio: vel, qd possit in materia illa sic mixta imprimi nobilior forma: facit ad nobilitatem mixtionis, vel ad nobilitatem complexionis.

Aues quo ex aqua, & aere. Ad tertium dicendum, quod aues possunt dici factae ex aqua, quia in eis abundat aer vaporosus, qui est admixtus aquae.

Et per hoc patet solutio ad quartum de Aug. quia aues sunt factae de aere vaporoso, & ex hoc dicuntur esse factae de aqua, quia ille aer habet vapores aqueos admixtos.

ARTIC. II.

An Animalia sint ornamenta elementorum.

Conclusio est affirmativa.

Aegid. in Hexam. cap. 38. & 39. D. Th. d. 15. q. 2.
art. 2. Guill. Altil. tract. 7. 2. sent.
q. 1. de Op. 5. diei.



Ec v n d o queritur de animalibus, ve sunt ornamenta elementorum. Cum ergo sint quatuor elementa, inter quae ignis est nobilissimum, ex quo fuerunt ornata omnia alia elementa: debuit esse ornatus ignis.

Præterea videtur inconveniens, quod aues possintur ornamentum aeris, quia animalia videntur esse ornamentum illius elementi: in quibus abundat natura eius. Cum ergo natura sit principium moris, & quietis eius, in quo est, vt habetur in 2. Physie, si in aibus abundaret natura aeris: non solum mouerentur in aere, sed etiam quiescerent ibi, quod videmus falsum,

Præterea: quando agitur de ornamentis elementorum: reptile dicitur ornamentum terræ. Inconvenienter ergo dicitur esse ornamentum aquæ.

Præterea nobilioibus animalibus debet assignari nobilio locus. Sed animalia terrestria, loquendo de animalibus perfectis, habent magis distincta membra, quam habeant aues. Nam in aibus non videmus nisi pedes, & rostrum: nobilio ergo locus debuit assignari bestijs, quam aibus.

Lib. 1. de hist. animal. cap. 1.

A Præterea aliqua sunt animalia secundum Philosophum in lib. de animalibus, quæ in terris, & in aquis conuentantur: propter quod illa animalia non videntur, qd comprehendantur sub aliis generibus de animalibus assignatis.

I N C O N T R A R I V M est Genef. littera: vbi non fit mentio nisi de ornatu trium elementorum,

RESOLVATIO.

Ornatus dierum fuit congruus. Idq; planum fit ex recompensatione ornatus, ex perfectione senarij, exq; ipso ornatu. Animalia enim omnium elementorum, igne excepto, sunt ornamenta.

B

R E S P O N D E O dicendum, quod, vt patet ex habitis, in sex diebus omnia sunt cōpleta. qui sex dies sic possunt diuidi, quia tres dies fuerunt politi ad distinguendum, & tres ad ornandum. Adducemus ergo tres rationes, quod fuerit competens ornatus trium dierum: prout describit littera Genef, vt prima ratio sumatur ex recompensatione dierum ornatus ad dies distinctionis. Secunda ex perfectione senarij. Tertia ex ipso ornatu.

Propter primum sciendum, quod tres dies distinctionis sic sumentur, quia in duobus diebus fuerunt distincti cœli, & in tertia fuerunt distincta omnia elementa. & quia quantum ad distinctionem, cœli habuerunt duos dies. Primū, quando fuit factum firmamentum: omnia autem elementa non habuerunt nisi vnum diem: quando fuerunt congregatae aquæ. In congregatione autem aquarum, vt patuit, fuerunt distincta omnia elementa, quod fuit tertia die. Et quia sic fuit in distinctione, quod cœli habuerunt duos dies: elementa vnum: in recompensationem huius, factum est econuerso in ornatu. quia omnes cœli fuerunt ornati vna die: videlicet die quarta, quando fuerunt facta luminaria. Elementa autem fuerunt ornata duobus diebus, quia quinta die fuerunt ornatae aquæ piscibus, & aer aibus. Sexta vero die fuit ornata terra iumentis, bestijs, & reptilibus. Ex ipsa ergo recompensatione ornatus respectu distinctionis, vt quia cœli haberent duos dies ad distinguendum: Elementa vero non nisi vnum: recompensatum est, vt cœli non haberent nisi vnum diem ad ornandum, & elementa duos.

D Secunda via ad hoc idem sumitur ex perfectione numeri Senarij. Dignum enim erat, quod prima productio rerum, secundum quam facta est perfecta distinctione, & perfectus ornatus cœlorum, & elementorum, iuxta illud Gen. Ergo perfecti sunt cœli, & terra, i. cœli, & ista inferiora elementa, & omnis ornatus eorum requirebat, quod hoc fieret secundum primum numerum perfectum. Primus autem numerus perfectus est senarius. Si ergo in cœlis, & elementis facta

Senarij numeri perfecti elementum
Vide supra dist. 13. q. 2. art. 1.

Gen. 4.

facta est bina perfectio. Vna secundum distinctionem, & alia secundum ornatū, & hoc in primo numero perfecto, qui est Senarius. Dabimus, & distinctionem, & medietatem Senarij modo, quo dictum est, quia quantum ad distinctionem: cęlis dabimus duos dies, & elementis vnum, quātum ad ornatū erit econuerso. Sed quare, quare in distinctione cęlis dati sunt duo dies, & elementis vnu. Dicemus, quod in cęlis est duplex distinctione: vna secundum lumen, & alia secundum motum. Secundum lumē quidem in cęlis est distinctione, qā est ibi luminosum, & non luminosum. Secundum motum autē est ibi distinctione, quia est ibi dare motum ab oriente in occidens, qui est proprius primi mobilis, & econverso. Ab occidente in oriens, qui est proprius firmamenti, & Planetarum. Ideo fuerunt cęlis dati duo dies distinctionis. Primus videlicet dies, in quo facta est lux, per quam diuisa est lux à tenebris. Et secundus dies, in quo factum est firmamentum, quod mouetur motu contrario motui primi mobilis, diuisit aquas ab aquis, ut in pluribus locis supra diffusius tangebatur. Elementis verò non fuit datus nisi vnu dies distinctionis: quia tota indistinctio elementorum non erat nisi propter vnum elementum, videlicet propter aquam, quā admixta acri reddebat totum aerem indistinctum, & confusum, siue admixtum, & cooperiebat, siue velabat terram, ut appareat non posset. Illo ergo solo elemento congregato in locum vnu: apparuit ari da, & apparuerunt distincta alia elementa: propter quod patet omnino fuisse congruum in distinctione rerum dare duos dies cęlis, & tertium elementis: quare ergo in ornatū fuerit econverso: aliquo modo tactū est in diabús rationibüs iam præmissis, & in ratione tertia plenius apparebit, sed antequām hoc fiat, de perfectione Senarij, quō est primus numerus perfectus, & ex hoc competens primis perfectionibus rerum, volumus aliqua enarrare.

Sciendum ergo, quod numerus aliquando est linearis, qui sola unitate metitur: & binarius, qui per binas unitates constituitur: & trinarius, qui per trinas: & quinarius, qui per quinas: & septenarius, qui per septenas, & multi alijs sunt tales numeri, qui non sunt ex ductu alicuius numeri in aliud numerum, sed solis unitatibus producuntur. Aliqui verò sunt, qui sunt ex ductu numeri in numerum, ut octo, qui fit ex ductu quatuor in duo, quia bis quatuor faciunt octo: & daorum in quatuor, quia quater duo faciunt octo, & iste dicuntur partes aliquotæ, quæ aliquoties sumptæ reddunt totū, nec plus, nec minus quatuor: sunt pars aliquota de octo, quia cum sumantur bis, faciunt octo, nec plus, nec minus: & duo, quia si sumantur quater, faciunt octo. Unitas autē est pars aliquota cuiuslibet numeri. Computando ergo solum huiusmodi partes aliquotas: aliqui numeri sunt diminuti: quando omnes eius partes aliquotæ reddunt minus, quām ipsum. Aliqui sunt superabun-

dantes, quando omnes eius partes aliquotæ reddunt plus, quām ipsum. Aliqui sunt perfecti: quando omnes eius partes aliquotæ reddunt, nec plus, nec minus. Senarius ergo est primus numerus perfectus, quia omnes eius partes aliquotæ faciunt sex, nec plus, nec minus. pars enim aliquora de sex nō potest esse, nec quinque, nec quatuor, quia non potes toties sumere quatuor, vel quinque, quod habeas sex, nec plus, nec minus. Quia si lumeres felī haberes minus. Si sumeres bis, haberes plus. Nunquā enim pars aliqua potest excedere medietatem eius, cuius est aliqua. Omnes ergo partes aliquotæ de Sex sunt Tres, Duo, & Vnus, quæ simul iunctæ faciunt Sex, nec plus, nec minus. Propter qd Senarius dictus est numerus perfectus; & primus perfectus, quia infra ipsum nullus est alius numerus perfectus. Octonarius est numerus diminutus, quia partes eius aliquotæ sunt quatuor, duo, & vnu, quæ simul iunctæ faciunt septem, quod est minus, quām octo. Duodecim est numerus superabundans. Partes eius aliquotæ sunt sex, quatuor, tres, duo, & vnu, quæ simul iunctæ faciunt 12, quod est plusquām 12, immo ita sunt pauci numeri perfecti, quod in quolibet limite non est nisi vnu, & est aliquis limes: vbi nullus dicitur esse, ut usque ad 10, non est nisi nus: videlicet Senarius, & usque ad centum non est nisi vnu: videlicet viginti-octo, & sic de alijs: immo Sancti hæc adaptando ad homines: magnum mysterium comprehendunt, ut sicut pauci numeri sunt perfecti: ita pauci homines perfecti.

C His itaque prælibatis, volumus adducere rationem tertiam lumperam ex ipso ornatū rerum. Dicemus enim, quod hic in distinctione sint dati duo dies cęlis, & vnu elementis: in ornatū verò est econverso. Duo dantur elementis, & vnu cęlis. Nam cęli, & elementa sic se habent, quod dividuntur in supremum: cuiusmodi sunt cęli: & infimum: cuiusmodi est terra: & intermedia, cuiusmodi sunt aer, & aqua. Ignem autem in talibus non nominamus, quia propter sui maximam actunitatem non patitur aliquem ornatū. Nihil enim posset diu esse in ipso, quod ad ultimum non corrumperetur ab ipso. Inueniuntur enim aliqua alia, quæ propter sui magnam frigiditatem per aliquod temporis spatium possunt stare iuxta ignem, sicut dicitur de Salamandra, sed hoc diu esse non potest: Ille enim vermis, qui dicitur Salamandra, vel illi vermes, qui sic nominantur faciunt aliquid aliquiliter simile ei, quod faciunt vermes, qui faciunt sericum: licet in colore illud, quod faciūt Salamandras, sit albius. Si de illo autem fiat aliquis tela, sicut Salamandra potest stare in igne per aliquod spatium, absque corruptione sui, sic illa tela poterit per aliquod spatium stare in igne, absque corruptione sui. Sicut enim alijs panni mundantur, & purgantur per aquam, sic illi pannus mundatur, & depuratur per ignem, ponitur enim in igne, & permittitur ibi stare

Aliquotæ
partes, que
sunt. Hinc
partes non
aliquotæ co
gnoscuntur.

Paucitas per
fectiorū col
ligitur ex
paucitatē
numerorū
perfectiorū.

Salamandra.
I. 3. de hist.
animal. c. 3.

Netandum
de tela Sa
lamandras

per aliquale modicum spatiū, quo factō conſumptis immunditijs eius per igne extrahitur ab igne parus, & nitidus.

Elementa
cur duobus
diebus or-
bita

Reuertamur ergo ad propositū, & dicamus, quod cum in ornatu cœlum teneat vnum gradum, s. supremum: elementa teneant duos gradus: infimum, vt terra: & medium, vt aer, & aqua: cœlum non habuit nisi vnum diem ad ornandum, quia tenet solum vnum gradum, & supremum. & ideo habuit diem quartum: quando fuerunt luminaria facta. Aer autem, & aqua licet sint duo elementa: non habuerunt nisi vnu diem, quia non tenent nisi vnum gradum, vt medium: propter quod èadem die, vt quinta: fuerunt ornata illa duo elemēta piscibus, & auibus. terra autem tāquām infimum facit per se gradū: ideo habuit vnum diem, s. sextum. in quo fuit ornata iumentis, & alijs animalibus terræ. Possimus autem, si volumus, ex ipsa natura ornamenti assignare rationem, quia cœlum ad ornandum non habuit nisi vnum diem: elementa habuerūt duos: videlicet aer, & aqua vnum, & terra aliū. Nam in hoc videtur consistere ratio ornatus, & natura eius, vel quia mouetur cum illo, quod ornat: vel, quia mouetur in illo. Primo modo ornatur cœlum, quia Stellæ, & Planetæ, quæ sunt ornamenta cœli, mouentur cum cœlo, & omnes habent vnum modum motus, quia non mouetur Stella, sed orbis, & Planetæ, vbi est maior talis diuersitas, non mouentur secundum se: sed, vel mouentur motu sphærarum, sive orbium, vel motu deferentium, vel motu epiciclorum. & quia est vnu similis modus mouendi: in talibus non oportuit ad ornatum assignare cœlum nisi vnum diem. Elementis autem assignauimus duos, vnum aeri, & aquæ: & aliū terræ. Aquæ autem, & aeri assignauimus vnum solum diem ad ornatum, quod ex tribus potest colligi, vel quia ex una materia sunt pisces, & aues. vel quia habent vnum modū mouendi: vel, quia habent vnum modū se multiplicandi. ex eadem. n. materia facti sunt pisces, & aues, quia ex aqua. Et si dicantur pisces facti directè ex aqua: aues autem ex aere aquoso, & vaporoso; propter vniiformitatem Scriptura non distinguit, sed pisces, & aues dicit factos ex aquis.

Pes, &
Aues cur v-
no die pro-
ducuntur.

Piscium, &
Auium mo-
tus idem,

Rursus vno die debuerūt fieri pisces, & aues: non solum, quia ex eadem materia; sed etiā quia habent eundem modum motus. Nā sicut pisces natant in aquis, ita aues natant in aere, vt sicut pisces non per pedes, sed per pennulas, & per caudam se mouent in aqua: sic, & aues non per pedes: immo cum volant stringunt pedes: ne impeditantur ab eis in volatu, sed per alas, & per penas se mouent in aere. vt sicut aqua resistit pennulis, & caude pīscis, & ex illa resistentia se mouet per aquam, sic aer resistit pennis, & alis auium, & ex illa resistentia se impellunt aues per aerem. expertum est enim, quod aliquando cades aqua de alto peruenit ad locum, vbi sunt pisces, & absque eo, quod illa aqua adhæreat canali, vel alicui corpori: pisces se impellunt

A per illam aquam, & ascendunt superius, sicut, & aues ascendunt per aerem, & superius volat. Tertio debuerunt pisces, & aues fieri vno, & eodem die: propter vnum, & eundem modum, quem habent multiplicandi seipso. Nam & pisces, & aues ouant, & quando se multiplicat. Et si sunt aliqui, sed pauci pisces, non ouantes: vel si aliquæ, & paucæ aues, non ouantes: talia atē denda sunt prout habent esse in pluribus: non in paucioribus, nam & in terris sunt aliqua ouantia, vt lacertæ, & serpentes. Tamen animalia terrestria, quæ generantur ex semine, vt plurimum generantur per partum, & vt plurimum talia animalia se multiplicant pariendo, vt pisces, & aues ouando. In ornatu ergo dabimus aeris, & aquæ vnum diem, vt quintum: & terræ alium, vt sextum: & sic declarata sunt dubia praetributa.

Experi-
mento
volum est pi-
leges a cede-
re, aqua ca-
deat ex ab-
to.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendū, quod ignis non patitur tale ornamentum, quale damus alijs elementis. quia nulla animalia possunt diu sustinere ignem, vt supra testimus.

Ignis cur re-
ta est.

Ad secundum dicendum, quod sufficit ad hoc, quod aliqua animalia sint ornamentum alii cuius elementi, quod illud elementum plus abundet in complexione eorum, quām aliorum animalium, quod satis est credibile, q. in aliis, in quibus est aer quidam vaporosus, plus abundet in complexione eorum.

Aves cur
quietantur
terra.

C Ad formam autem arguendi cum dicitur, quod aues quiescunt in terra; Dicitur, quod secundum ornamentum elementorum non accipitur secundum motum naturalem, secundum quem omnia mixta naturaliter tendunt deorsum, & naturaliter quiescunt deorsum: propter elementū graue, quod dominatur in eis: sed secundū motum animalem, propter animalia per apprehensionem, & appetitum tendunt ad omnem differentiam positionis, qui motus semper contrariatur corpori animalis, cutus motus naturalis est tendere deorsum. & quia in tali motu semper accidit lassitudo propter contrarietatem, quam habet ad naturam corporis mobilis; oportet, quod quiescere ipso motu animali sit eadem cum quiete in motu naturali. inde est, quod aues quiescunt in terra, quia secundum motum naturalem propter dominium elementi grauis mouentur ad terram.

Reptilia
quod pecti-
neant ad or-
natum ter-
rae, & aquæ.

D Ad tertium dicendum, quod reptilia ponuntur ornamenta terræ, & aquæ, aliter tamen, & aliter, quia quantum ad ornamentum terræ: ponuntur reptilia secundum partem, cum dicit: Producat tetra animalia viuentem in genere suo: iumenta, & reptilia, & bestias. Sed in aquis reptilia ponuntur ornamentum secundum totum, cum ait: Producant aquæ reptile animalia viuentis, & volatile. Non ergo sit ibi mentio, nisi de reptili, quod est ornamentum aquæ: & de volatile, quod est ornamentum aeris, sicut ergo volatile est vniuersaliter ornamentum aeris; sic & reptile est quasi vniuersaliter ornamen-

tum

rem aquæ, quia quasi omnes pisces reptant, &
 reptando se mouent, ut supra dicebatur: sed in
 terra non sic, quia iumenta, & bestiæ reptant,
 & in terris plura videntur esse nō: reptilia, quām
 reptilia; licet multa sint ibi reptilia. Vel pos-
 sumus dicere, quōd & si reptilia ponuntur or-
 namenta terræ, & aquarum; Hoc est tamen
 aliter, & aliter. quia pisces reptant prout cum
 pennis, & cauda se impellunt in aquis, &
 hoc modo se mouent per aquas: sed in terris a-
 nimalia reptant diversimodè, quia cum costis,
 & pectore se impellunt, vt Serpentes, iuxta il-
 lud, quod fuit dictum Serpenti Genes. Super
 pectus tuum gradieris. Aliqua verò reptant in
 terris, quia figentia os in terra, reliquum cor-
 pus suum trahunt, vt vermes. aliqua vero,
 quia propter breuitatem pedum, corpus suum
 ducunt per terram, iuxta illud August. 3. Ge-
 nes. Per reptilia, ut arbitror, signa sunt quadri-
 pedia, quæ in genere sunt reptilium. Cu-
 insimodi sunt laceræ, & stelliones. Vocantur
 autem stelliones quædam lacertæ habentes pun-
 cta quasi alba, & nigra: ac si stelle quædam es-
 sent in eis: sunt autem stelliones minores la-
 certis habentes debilem visum, ut semper post
 occasum Solis incipient exire de suis foraminibus.
 Dato tamen, quōd non esset alia diffe-
 rentia inter reptilia terræ, & aquarum: nisi,
 quia videmus aliqua reptilia terrestria reptare
 in terra, & aliqua reptilia aquatica natare in
 aqua. sufficit ex quo inueniuntur reptilia in ter-
 ra, & in aqua, quōd ponantur ornamentum
 terræ, & aquæ: tamen magna differentia
 est inter haec, & illa, ut est per habita mani-
 festum.

Ad quartum dicendum, quōd non distinguunt
 ornamenti elementorum secundum se, sed per
 comparationem ad elementa, vel non distin-
 guuntur ornamenti elementorum: nisi prout
 sunt apta nata moueri in alijs, & alijs elemen-
 tis: & hoc secundum motum animalem, non
 secundum motum naturalem, propter quod or-
 namenti elementorum non accipiuntur secun-
 dum, quōd aliqua sunt magis, vel minus no-
 bilia, sed secundum, quōd habent alia, & alia
 organa, ut organa animalium terrestrium sunt
 ad ambulandum, vel ad quocunque modo se
 mouendum per terram. organa animalium,
 quæ sunt ornamentum aquæ, & aeris, sunt ad
 natandum, & ad se mouendum per aerem: se-
 cundum quem modum non oportet, quōd
 nobiliora animalia sint ornamentum nobilio-
 ris elementi: sed quōd sint ornamentum illius
 elementi, secundum quōd habent organa ad se
 mouendum per ipsum.

Ad quintum dicendum verum esse, quod ait
 Philosophus, aliqua esse animalia, quæ in aquis,
 & in terris conuersantur, sed nunquam inven-
 iuntur aliqua animalia conuersantia in vitroq;
 predicatorum elementorum: quando magis
 conuersantur in uno. quæ in alio. & ideo il-

Pisces quo
replant.

Gen. 3.

Reptandi
modi varijs.

Tomo 3.

Stelliones

A lius, vni magis conuersantur, possunt dici orna-
 menta.

Q V A E S T I O II.

*De his, que ad diem septimum
 pertinent.*

B



E I N D E queritur de his, quæ
 pertinent ad diem septimum.
 Tria autem dicuntur de die se-
 ptimo. Primum est, quōd co-
 plevit Deus die septimo opus
 suum. Secundum est, quōd re-
 quieuit die septimo ab omni opere, quod patra-
 rat. Tertium est, quōd benedixit diei septimo,
 & sanctificauit illum, quæ omnia patent Genes.
 De tribus ergo queretur. Primo de comple-
 tione operum diuinorum. Secundo de quiete diei.
 Tertio de sanctificatione, & benedictione diei
 septimi.

C

A R T I C. I.

*An operum diuinorum completio
 sexta, & septima die facta
 fuerit.*

Conclusio est affirmativa.

Aegid. in Hexam. 2. par. cap. 41. D. Th. 1. p. q. 73. art. 1.
 Et 2. l. cent. d. 15. q. 3. ar. 1.

D



D primum sic proceditur: Vi-
 detur, quōd completio ope-
 rum diuinorum non fuerit fa-
 cta die septimo, sed die sexto,
 quia Genes. dicitur de die septi-
 mo, quōd vidit Deus cuncta,
 quæ fecerat: ergo die sexta fecerat cuncta, & per
 consequens perfecerat vniuersa.

Gen. 1.

Præterea: in eodem capitulo dicitur de his,
 quæ fecerat Deus die sexta, quōd erant valde bo-
 na. sed valde bona non dicuntur, nisi om-
 nia simul. quia secundum Augustinum in En-
 chiridion, & habetur in littera: Vnumquodque
 in se bonum est: omnia autem simul valde bo-
 na, quia ex omnibus constat vniuersitas, & mira-
 bilis pulchritudo. Si ergo sexto die opera diui-
 na fuerunt valde bona, sexto die fuerunt vniuer-
 sa completa.

Præterea tunc completur opus, quando doce-
 alterius sit aliquid in opere. sed post sextū diem
 nihil

nihil Deus vterius fecit in aperibus suis: erga sexto die fuerunt omnia diuina opera completa.

Præterea videtur, quod nec etiam sexto, vel septimo die fuerint omnia diuina opera completa, quia non est completum opus, quamdiu artifex operatur. sed Deus à principio mundi usque nunc semper operatus est, & operatur, iuxta illud Io. Pater meus, &c.

I N C O N T R A R I V M est littera Genes. Quia compleuit Deus die septimo, &c.

Septenarius numerus spiritus sancti tribus. Præterea in opere cuiuslibet dicitur operatus est Spiritus sanctus, sed Spiritui sancto appropiat numerus septenarius: erga in die septima debet poni completio operum diuinorum,

R E S O L V T I O .

Operum creationis completio quinque modis dicuntur, die sexta, & septima fuisse facta iuxta duplēm Scripturæ sacrae translatiōnem. Vna enim diei sexto; altera vero septimo huiusmodi cōpletionem adscribit.

Operum creationis quādriūa & 7. die completa.

R E S P O N D E O dicendum, quod difficulitas huius quæstionis oritur ex eo, quod nostra translatio habet, quod compleuit Deus in die septimo opus suum. Alia translatio habet, ut dicit Magister in littera, quod consummavit Deus die sexto opera sua, & quia bonum est utrumque saluare: postquam utraque littera toleratur. Ideo videndum est quomodo completio operum diuinorum potest attribui diei sexto, & quomodo dici septimo. Possimus autem saluare quinque modis viranque translationem.

Primo modo, ut completio diuinorum operum quātum ad sextum diem referatur ad vesperam. Quantum ad septimum referatur ad mane.

Secundo prout consummatio diuinorum operum secundum diem sextum referatur ad perfectionis existentiā. Secundum diem septimum ad perfectionis euidentiam.

Tertio cum esse sit perfectio rerum: ideo secundum diem sextum refertur ad esse: prout à Deo rebus datur. Quantum ad diem septimum referatur ad esse. prout à Deo in rebus continetur.

Quarto possimus sic saluare. prout quantū ad diem sextum sumitur perfectio secundum actum primum: Quantum ad septimum, secundum actum secundum.

Quinto prout in omnibus rebus reperitur substantia, virtus, & operatio, iuxta illud Dion. in de Ecclesiastica Hierarchy: Existere oportet primum, & postea operari non est sine virtute: propter quod oportet, q̄ res primo existat per suam substantiam. Secundo, quod habeat virtutem.

A **tem. Tertio**, quod operetur, quia secundum C. mentatorem nulla actio egreditur immediatè ab ipsa substantia, vel ab ipsa forma substantiali, sed semper egreditur mediata virtute. propter quod sit, quod nulla est virtus activa in igne, nisi calor. Calefacere ergo, quod est operatio ignis non egreditur immediatè à forma substantiali ignis, sed egreditur ab ea mediante calore, vel mediante virtute calefactiva. Triple ergo erit perfectio rerum, vel secundum substantialiam, & hoc pertinet ad primos tres dies, vel secundum virtutem, & hoc pertinet ad numerum senarium, vel ad alios tres dies, vel ad sextum diem: in quo completa sunt opera omnia. Accipietur etiam perfectio secundum operationem, & hoc pertinebit ad diem septimum: ut sexto, & septimo die dicatur esse facta perfectio operum diuinorum.

B **Propter** primum sciendum, quod prima dies, ut communiter dicitur: non habuit mane supple de se, sed vesperam habuit de se, mane vero habuit sequentis dicitur. & quod dictum est de prima die, veritatem habet secundum litteram Genes. & de sexta die, quia & de sexta die dicitur in Genes, quod factum est vespere, & mane dies sextus. Quilibet ergo dies operum diuinorum fuit unus dies completus quantum ad spatium temporis, quia quilibet huiusmodi dies fuit spatium 24. horarum, sed quantum ad partes eius illæ 24. horæ non fuerunt partes eisdem diei, sed vespera se tenuit cum prima die, & mane fuit pars diei alterius. Ita, quod vespera diei primæ, & mane diei secundæ fecerunt unum diem completum. sic vespera diei sextæ, & mane diei septimi fecerunt diem septimum completum. Quantum ergo ad naturalem ordinem, ut dixit Magister in distinctione 13. ordo naturalis distinctionis dierum est, ut computetur dies à mane usque ad mane exclusiū, ut quilibet dies habeat proprium mane, & propriam vesperā usq; ad aliud mane, quod cum sua vespera faciat sequentem diem, quantum ad quantitatem temporis causatum est vespera, & mane: & econuerso. Differentia tamen est inter computationem istam, & illam, quia si computemus diem secundum mane, & vesperam, sic accipiemus diem computando diem secundum ordinem naturalem: prout mane, & vespera pertinent ad eundem diem: secundo modum computationis dierum naturalem, secundum traditionem Magistri, sed computando unum diem: prout habet vesperam, & mane, sic vespera erit diei præcedentis, & mane erit diei sequentis, & sic vespera, & mane erit una dies completa secundum ordinem naturalem ex partibus diuerorum dierum, secundum quem modum diem sextum fecerunt vespera diei sextæ, & mane diei septimi: propter quod bene dictum est, quod completio diuinorum operum potest attribui diei sextæ, quantum ad vesperam: & diei septimi quantum ad mane, quia vespera diei sextæ, & mane diei septimi computat littera Gen. unum totum completū diem sextum,

Dicī cons.
gra d. 11. q.
3. 21. 2.

Notatice de
die, & vide
etiam in 12.
dist. huic 2.
d. q. 3. 21. 2.

sexum, secundum quem modum dies sextus tantum accepit de spatio temporis dici septimæ, quantum de spacio temporis deficiebat sibi ad faciendum unum totum compleatum diem. Quibus visis, patet, quomodo vera est translatio illa, quod die sexto, & quomodo est vera translatio alia, quod die septimo consummavit, vel compleuit Deus opus suum.

A Secundo modo potest hoc ostendti, ut perfectio diuinorum operum referatur ad perfectionis existentiam quantum ad diem sextum: sed ad diem septimum, quantum ad perfectionis evidentiam. Huic autem modo possumus adaptare illud verbum Philosophi, quod unumquodque perfectum est, cum sibi potest simile generare, cum ergo generans sit causa generati, non potest esse, quod ex effectu causetur perfectio causæ: cum quæ sunt causatorum, abundantiter præinfint causis, ut vult Dion. 2. de diui. no. ergo generate non facit ad existentiam perfectionis, sed ad evidentiam eius, ut cum aliquid generat sibi simile, ex effectu generationis apparat evidenter perfectio generantis. In sex ergo diebus fuerunt omnia perfecta secundum existentiam, quæ sic perfecta in septima die inciperunt dare operam generationi, & inciperunt esse perfecta quantum ad perfectionis evidentiam, ista autem est perfectio cœlorum: quia cœli faciunt ad generationem terum, & elementorum: quia cum ex omnibus elementis componatur mixtū: secundum debitam proportionem elementorum resultat perfecta mixtorum complexio. Differat autem iste modus saluandi utrunque translationem a primo, quia primus modus referebat perfectiones ad unum, & eundem diem, secundum diuersas partes eius. Sed iste modus refert utrunque perfectionem ad alium, & alium diem. quia Deus compleuit, vel perfecit omnia in die sexto: quantum ad perfectionis existentiam, quia in die sexto omnia extiterunt perfecta, sed perfecit Deus opera sua die septimo, quantum ad perfectionis evidentiam, quia die septimo inciperunt animalia dare operam generationi: quod faciendo non solum existebant perfecta, sed etiam evidenter apparet perfecta.

B Tertiò possumus saluare illam diuersitatem accipiendo perfectionem secundum esse: quod factum fuit sexto die. Et quantum ad continuationem essendi, quod fuit factum die. 7. Ad hunc autem modum potest adaptari illud verbum Philosophi in 2. de generatione, quod natura semper desiderat quod melius est, & quia melius est esse, quam non esse: semper natura desiderat esse. Cum ergo propter longe distare a primo principio non possint res perpetuati in suo esse secundum seiphas: reliquo modo compleuit Deus perpetuitatem essendi, continuam faciens generationem, appellat autem Philosophus longe distare a primo principio non secundum sicutum: sed secundum affectionem proprietatum esse diuinæ, ubique est enim Deus præsens & in unaquaque

perfectio & continua-

Natura semper deside-
rat quod me-
lius est.
tex. 59.

Diversitate
rum à Deo
duplex.

esse secundum modum naturæ illius rei: cum dicatur aliqua esse propinquiora Deo, ut illa quæ plus assequuntur de proprietatibus diuinæ essentie, vel diuine substantiæ, nam substantia diuina habet esse semper, & habet esse intellectuum, angelicæ ergo natura quantum ad esse, & quantum ad intelligere participat conditionem diuinæ substantiæ. Et propter hoc Augu. in lib. confess. dicit naturam angelicam esse prope Deum. Aliqua vero participant conditiones diuini esse quantum ad esse, et quantum ad semper esse, sed non quantum ad intelligere, ut corpora cœlestia sicut se sumpta, & ista inferiora magis distat a Deo, quam Angeli. Nam si corpora cœlestia intelligunt: hoc non est quod ipsa secundum se intelligent: sed quia motores eorum appropriati, qui dicuntur eorum animæ, intelligunt. ista autem inferiora: quia sunt generabilia & corruptibilia: participant conditiones diuini esse, quantum ad esse, non quantum ad semper esse, & ista adhuc magis distat a Deo. propter istud ergo distare a Deo, & quia ista inferiora non possunt se perpetuare in seipsis, tali modo compleuit Deus continuationem continuam faciens generationem: secundum quam animalia se continuant, & perpetuant in suo simili. Propter quod benedictum est, quod est duplex perfectio rerum: una quantum ad esse, prout in seipsis habent perfectum esse, & hoc fuit in die sexto, quia tunc omnia haberunt perfectum esse: cum Dei perfecta sint opera. Et alia est perfectio quantum ad continuationem, & perpetuitatem essendi, & hoc fuit in die septimo; quando animalia inciperunt dare operam generationi, per quam continuantur, & perpetuantur in esse.

C Quarto modo possumus saluare dictam diuersitatem, ut una perfectio referatur ad actum primum, alia ad secundum: secundum quem modum loquitur Philosophus in 2. de anima dicens, scientiam esse primum actum, & considerare secundum per actum enim primum intelligimus formam, ut dat esse: per actum secundum intelligimus ipsam operationem egredientem a forma: sicut considerare est qualiam operationis egrediens à scientia. secundum ergo actum primum semper sumus in actu: quia quandiu habemus scientiam: tam diu habemus esse scientificum, & quandiu habemus aliquam formam: tam diu habemus esse secundum illam formam, sed quantum ad actum secundum non semper sumus in actu, nam licet habens scientiam semper sit sciens: non tamen semper considerat secundum illam scientiam, & habens albedinem semper est album, non tamen semper dilgregat visum. differt tñ iste quartus modus ab alijs, quia generalior. Nam sexto die fuerunt res perfectæ sicut partes componentes totum: quia nulla fuit pars uniuscunq;, quæ non esset facta sexto die. Alia autem perfectio est secundum consecutionem finis: quia quilibet res per suam operationem est apta nata tendere in suum finem: propter quod iste modus dicitur generalior: quia

Perfectio re-
sum duplex,
una quantum
ad esse, alia
quantum ad
continua-
tē, & per-
petuitate esse.

Actus pri-
mus, & eos
dos. tex. c. 5.

Auct. 2 de
anima. c. 2.

D Diversitate re-
rum à Deo
duplex.

differt tñ iste quartus modus ab alijs, quia generalior. Nam sexto die fuerunt res perfectæ sicut partes componentes totum: quia nulla fuit pars uniuscunq;, quæ non esset facta sexto die. Alia autem perfectio est secundum consecutionem finis: quia quilibet res per suam operationem est apta nata tendere in suum finem: propter quod iste modus dicitur generalior: quia

& si cuilibet rei non competit generare, cuilibet tamen rei competit habere aliquā operationem, per quam tendit in suum finem: vt graue mouetur deorsum, vt tendat in centrum, tanquam in finem. Ista autem perfectio incēpit competere rebus die septimo, quando eis constitutis in esse die sexto: die postea septimo incēperunt agere, & per actiones in finem tendere. Septima ergo die, quando Deus voluit requiescere, incēperūt res laborare, & agere, & in perfectiones suas tendere.

Quinto modo possumus saluare diuersitatem præfatarum magis particulariter, vt diuidamus se ptem dies in tres, & tres in vnum, & cuilibet parti demus suam perfectionem, vt primo ternatio demus perfectionem rerum quantum ad substatiā. secundo ternatio quantum ad virtutem: dici vero septimo dabimus perfectionē quantū ad operationem, quæ tria, vt supra tangebatur, substantia, virtus, & operatio in omnibus habet esse, vt in lib. Genes. tripliciter agitur de perfectione, nam ibi dicitur: Perfecti ergo sunt cœli, & terra, i. ista inferiora elementa: supple quātum ad substantiā; & omnis ornatus eorum, supple est perfectus quantum ad virtutem, & postea sequitur: Complevit Deus, i. perfecit Deus opus suum, supple quantum ad operationem, quia tūc opera Dei incēperunt habere operations suas: Perfectio ergo secundum substaniā incēpit ab esse rerum, & terminata est in distinctionem ipsarum. ideo in illis tribus diebus dicuntur esse facta opera distinctionis. Perfectio autem secundum virtutem, secundum quam dicuntur res ornatae: incēpit à distincto esse, & terminata est in distinctum posse. Perfectio autem secundum operationem, quæ competit diei septimo: incēpit à distincto posse rerū, & terminata est in distincto agere ipsarum. Et ideo dies septimus non hēc vesperam, quia distinctum agere rerum nunquā terminabitur, sed semper res habebunt distinctas actiones, sicut habent distinctas formas, quamdiu durabit mundus. Signat autē ista distinctio operationum, vel ista perfectio secundum operations requiem illam beatorum, quæ sequitur opera nostra, quando dicetur: A modo enim iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos. quæ requies nunquā habebit vesperam, quia nunquā finietur. Diximus autem, quod perfectio secundum substaniā facta est ante omnem diem. postea facta est distinctio rerum. Nam à principio, ante omnem diem, res habuerunt formas substanciales dantes sibi esse. sed cū haberent quandam confusionem in scipīs, vt supra fuit diffusius declaratum, postea per partes acceperūt distinctum esse in primo ternatio diecum. Dabant enim tunc formas substanciales cui libet rei, quod esset ens: sed non dabat ei perfectè, quod esset vna, quia non dabat ei perfectè, quod esset distincta ab alijs: propter quod bene dictum est, quod illa perfectio incēpit ab esse,

Gen. 2.

Apoc. 14.

A & terminata est in distinctum esse. Perfectio autem secundum virtutem incēpit à distincto esse: & terminata est in distinctum posse. quod fuit factum secundo ternatio dierum, quando ornati sunt cœli, & elementa. per quem datum est eis posse, & virtus ad agendum. Nam cum cœli influant in hæc inferiora, & influentia sit a lumino so: quando fuerunt facta luminaria cœli, quod fuit quarta die, fuit datum cœlo posse, & virtus, vt influeret in hæc inferiora. Quinta autē die quando aqua produxit pisces, & aues, fuit data aquæ virtus, & fuit ei datum posse, vt per rationes seminales inde fierent pisces, & aues. aqua enim ibi stat pro elemento aquæ, quod abundat in complexione piscinum, & stat pro isto aere humidato, & aquoso, qui abundat in complexione avium. Sexta vero die quando fuit ornata terra, iumentis bestijs, & reptilibus: fuit terræ data virtus, & fuit ei datum posse, vt per rationes seminales ista ex ipsa fierent. Propter quod bene dictum erat, quod perfectio secundi ternarij, qui complectus fuit in septimo die, incēpit a distincto esse, & terminata est in distinctum posse. Propter quod Perfectio sextæ diei fuit secundum virtutem, seu secundum posse. quia in illo die omnibus rebus fuit collata perfecta virtus, & perfectum posse distincte secundum suum genus, & suam specie. perfectio vero diei septimæ, quæ fuit secundum operationem, vel secundum agere, quia res existentes perfecte incēperunt agere, & operari. cū operatio non sit nisi a potentia, & a virtute, bene dictum est, qd ista perfectio incēpit a distincto posse, & terminata est ad distinctum agere, vt est per habita declaratum.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, quod perfectio rerum fuit facta die sexto, & die septimo: aliter tamen, & aliter, vt patet per habita.

Ad secundum dicendum, quod videre cūsta, quæ Deus fecerat, pertinet ad perfectionem tota litatis, quæ constat ex omnibus virtutibus. nam secundum formas partium vniuersum habet esse; & secundum virtutem collatam partibus vniuersum habet posse. Istæ autem perfectiones fuerunt completea sexto die, sed est alia perfectio prout partes vniuersi habent agere, & agunt, & ista est perfectio septimæ diei, vt verificetur, utro que die Deum suum opus perfecisse.

D Ad tertium dicendum, quod sexto die fuerūt omnia completa, quātum ad rerum esse, & quātum ad earum posse, sed non quantum ad earum agere.

Ad quartum dicendum, qd Ioann. 5. dicitur, qd usque nunc operatur Pater, & Filius, quātum ad rerum propagationem, vel quantum ad earū in esse conseruationem, non autem quantum ad nouarum rerum productionem. quia in sexto die omnia fuerunt producta, vt nihil noui deinceps fieret, quod non esset factum in suo simili. Postea in septimo die incēperunt res vna cum virtute diuina agere, & incēperunt coadiuvare

Pater meus
operatur vñ
que nolo.

Ioann. 15. 15.
Iuuare tali virtute scipias, & propagare. Et quia in fine Deo nihil potest creature facere : & quia in omni opere creature operatur Deus : ideo dictū est illud Ioannis: Pater meus vsq; nunc, &c. posse fent etiam ista opera Patris, & Filij, & totius Trinitatis referri non solum ad opera naturæ, sed ad opera gratiæ. dicente Domino Discipulis suis: Si ne me nihil potestis facere. Et dicente eodem eisdem: Sicut palmites non possunt terra fructum afferre a semetipsis, nisi manserint in vite, sic ne vos nisi in me manseritis, que possunt ad opera gratiæ congrue referri.

ARTIC. II.

An Deus die septimo quieuerit ab opere, quod patrarát.

Conclusio est affirmativa.

*Aegid. in Hexam. 2 p. Cap. 41. D. Tho. 1. p. q. 74. artic. 2.
Et 2. sent. d. 15. q. 3. artic. 2. D. Bon. d. 15. artic. 2. q. 3. Ric.
d. 15. q. 8. Alexand. de Ales. 2. p. q. 55. artic. 10. Voril.
d. 15. q. 8.*

*S*ecundum queritur de quiete Dei, de qua agitur Gen. 2. q. requieuit Deus die 7. ab omni opere, quod patrarát. Sed videt hoc esse impossibile, quia quies opponitur motui : & ideo Natura dicitur esse. 2. Physicorum, principium motus, & quietis eius, in quo est. cū ergo opposita sint apta nata fieri circa idem ; si Deus esset aptus natus quiescere, esset aptus natus moueri, quod est contra dictum Prophetæ dicentis : Ego Deus, & non mutor, & contra dictum Iacobi : Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

Præterea res non quiescit nisi ad euitandum laborem, cum ergo ipsi motores orbium moueant cœlos sine labore, & pœna, quia aliter non perpetuaretur motus cœli, multo ergo fortius Deus operatur sine labore, & pœna, non ergo propter cessationem ab opere possimus dicere Deum quiescere.

Præterea forte dices, quod Deus quiescit, quia facit nos quiescere, cum ergo Deus quieuisset die septimo, quia cessauit ab opere, si diceretur Deus quieuisse, quia fecit nos quiescere, diceretur Deus illis sex diebus operatum fuisse. quia fecit nos operari, quod patet esse falsum, quia illis sex diebus non est operatus homo, sed solus Deus.

Præterea forte dices, quod requies Dei accipiēda est transumptiæ, sicut quod competit ei operari, & cessare ab opere. sed nec hoc videtur posse

Astate, quia Deus operatur per voluntatem suam iuxta illud: Oia quæcumque voluit fecit. Si ergo competeret ei quiescere hoc cōpeteret ei finem voluntatis: cum ergo voluntas non quiescat, nisi procedendo ab his, quæ sunt ad finem, & requiescent in fine, quia non est quies quia non est in iis, quæ sunt ad finem sed in fine : Deus ergo volendo alia velle se, & per voluntatem a creaturis cederet in seipsum, sed cum secundum veritatem sit contrarium huiusmodi : quia volendo se, vult alia ; sicut intelligendo se, intelligit alia: non erit date in Deum huiusmodi quies.

BIN CONTRARIUM est : quia omne agens perfectis suis operibus quiescit, sed omnia opera diuina fuerunt facta die. 7. ergo Deus die septimo quieuit. Præterea nos debemus cessare ab operibus nostris, & quiescere in Deo. multo ergo magis Deus, cum cessauit ab operibus suis, quieuit in seipso.

RESOLVATIO.

Deus die septimo cessasse dicitur, quoniam cessantis instar se habuit, cum amplius nouam speciem non creet. Nec ei tamē quies motui, aut labori opposita tribuenda est. Sed quiescere dicitur, quatenus in fine quieuit, & ab opere novo faciendo vacauit. sicut enim inter faciendum; ita inter quiescendum summo quidem opere Deus à creatura differt. Cum Homo motibus corporis. Angelus vero motibus temporis agat, ipse rationibus eternis & non propter bonitatem acquirendam, nec propter se in bono conseruandum, sed propter suam nobis bonitatem communicandam.

CRESPONDEO dicendum, quod in scriptis omnibus respondebat ad hoc, quod quies, proprie loquendo, opponit motui, quia motus in operibus nostris, ut dicit Philosophus causat laborem : ideo quies opponitur non solum motui, sed labori. ex his autem duobus modis secundum quos homo loquitur de quiete, vel quia cessat moueri, vel quia cessat laborare, transsumuntur duo alii modi, unus prout quies opponitur labori, & alius prout quies opponitur motui.

DProut vero quies opponitur labori : quia ex omnibus operibus aliquo modo causatur labor : ex illa quiete, quæ opponitur labori transmutatur quies, quæ opponitur operi: ut sicut cessare a quoquaque labore dicitur quies; sic cessare a quoquaque opere dicitur quies. & iste est tertius modus quietis transumptus a quiete, prout opponitur labore. Est & quartus modus quietis transumptus a quiete: prout opponitur motui, & iste motus potest transsumi ad motum voluntatis, ut sicut graue mouetur per medium, & quiescit in centro, tanquam in fine; sic voluntas mouetur per ea, quæ sunt ad finem: sicut per quædam media, & per ea attingens finem quiescit in fine. Dicunt ergo scripta communia, quod pri-

Quies oppo-
sitæ motui,
& labori.

Quies meta-
phorice di-
cta duples.

Cessatio ab
opere quies-
dicatur.

mos duos modos non possumus transferre ad quietem diuinam; videlicet, ut quia quies opponitur motui, & labori. quia Deus nullo modo mouetur & nullo modo laborat. sed alios duos modos: prout Deus quiescit in fine, ut prout cessat ab opere, possumus transferre ad quietem diuinam, videtur Deus quiueisse die septimo, quia cessauit ab omni opere nouo, quia de cetero non fecit nouam creaturam, ut dicatur Deus quiueisse etiam temporaliter in seipso, tanquam in fine. Distinguemus enim de quiete Dei in seipso, tanquam in fine, quia vel hic accipitur absolute, ut dicatur Deus in seipso quiescere, quia in seipso tanquam sufficientiam inueniens in se, quiescit tanquam in fine. & hoc modo Deus quiescit quiete æterna. Alio modo potest accipi huiusmodi quies per comparationem ad creaturam, ut dicatur quiescere respectu creaturæ, quia complacet sibi in creatura, & complacendo sibi in creatura ordinat eam ad seipsum, tanquam ad finem. & hoc modo per respectum ad creaturam quiescit in se ipso tanquam in fine. Et istud potest esse tempore. quia sicut ex tempore incœpit esse Dominus creaturæ: ita ex parte secundum istum modum loquendi, Deus complacuit sibi in creatura.

Sed sic dicendo videmur aliquo modo a veritate discedere, quia ex quo loquimur de quiete Dei transumptiuè, non solum quiescendo in fine, qui fuit quartus modus: & non solum cessando cessando ab opere, qui fuit tertius modus, sed etiam cessando a motu, & a labore, qui fuerunt primus, & secundus modus, possumus in Deo transumptiuè ponere quietem. quia ex quo ponimus in Deo per quandam transumptionem motum, iuxta illud Gen. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas, quod exponit Magister 12. distinctione dicens, quod super aquam ferebatur Spiritus Domini, sicut superfertur fabricandis rebus voluntas artificis, quia subiacebat bone voluntati Creatoris, quod Creator formidium, per siciendumque inchoauerat. Et etiam laborem possumus transumptiuè transferre ad Deum, ita, quod secundum transumptionem omnibus modis quietis possumus loqui de Deo, quia ex quo ipsum motum transferimus ad Deum, qui videatur omnino repugnare diuinæ substancialiæ, & eius æternitati, non videretur inconveniens, & alia quæcumque ad Deum transferte.

Rursus modus soluendi prætactus non videatur omnino ire ad ea, quæ sunt per se in hac materia: Verum est enim, quod cessare ab opere fuit diuina quies, quia hoc dicit littera Gen, q. compleuit Deus die 7, opus suum, & requieuit ab uno uestro opere, quod patratabat, sed in hoc est modica declaratio quæstionis, & si volumus bene, & per se questionem declarare; Videndum est per quid agit Deus, propter quid agit Deus, & quomodo agit Deus, ut his visis possim⁹ videre, quomodo ab opere cessat Deus, quo declarato, apparet, quomodo quiescit Deus.

A Tertio passumus contra dictum modum soluendi arguere. quia ponere in Deo complacentiam temporalem, quæ complacentia est in ipso Deo veraciter, quia veraciter complacet sibi in seipso, & vere delectatur in seipso, eo modo, quo possumus vere loqui de Deo secundum propositiones affirmatiwas, quia omnes tales propositiones secundum Diony, in de angelica Hierarchy sunt incompactæ. Negatiæ aut sunt vere, nullas autem propositiones affirmatiwas possumus de Deo dicere, nisi restringendo eas per negatiwas: quia illæ sunt incompactæ, & istæ veræ. Vnde Dio. 5. de diui, nomi, vult, q. Deus nec erat, nec fuit, nec erit, magis autem nec est. Omnia ista de Deo restringendo eas per negatiwas, sunt vera. Deus enim fuit, & erat, & erit, sed non quomodo fuerunt, & erant, & erunt alia. sic etiam Deus est, sed non est quomodo alia sunt, nec enim omnino potest esse Deo simile secundum quocunque, qd contingit affirmari de Deo.

Redeamus ergo ad ppositum, & dicamus, q. ea, quæ in Deo veraciter esse secundum rem ponimus, non sunt ponenda in deo nisi æternaliter, ut de creatura temporali gaudet Deus gaudio æterno. Vnde Aug. super illud Ioannis: Ut gaudiū meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur, ait quod Deus ab æterno gaudebat de nobis, sed illud gaudium nō erat in nobis, quia nec nos eramus, in quibus illud gaudium esse posset. Ea autem, quæ secundum rem sunt in creatura, secundum rationem possumus in Deo ponere in tempore, ut quia in tempore factus est Creator, vel ex tempore competit sibi, q. sit Creator. nam

C secundum unum modum exponēdi: in principio, id est in principio temporis, creavit Deus cœlum, & terram. Natura ergo creata a Deo de nihilo vere, & realiter in creatura, & ab ista re, quæ est in creatura, vel ab ista nouitate, quæ est in creatura: ex tempore nulla nouitate facta in Deo, competit ei, q. ex tempore sit creator, & a vera, & reali seruitute, quæ est nouiter in creatura, dicit Deus ex tempore Dominus creaturæ, vere est ergo Deus Dominus creaturæ, quia vere creatura est serva eius, sed ab æterno non fuit Dominus creaturæ, quia creatura non erat, quæ ei seruire posset.

D His ergo prætermisis, dicamus, quod omne agens agit per aliqua, & agit propter aliquid, & agit modo aliquo: ut homo per aliqua, quia agit per manus, vel per pedes, vel per aliqua membra corporis, agit propter aliquid, quia agit propter aliquid bonum, quod ex sua actione sperat obtinere, vel acquirere: vel agit propter aliquid bonum, in quo vult se conseruare, & stabilire. Nam non solum mouetur infirmus, vt acquirat sanitatem, sed etiam mouetur sanus, vt se conseruet in sanitate. Tertio non solum considerandum est in homine per quid agit, & propter quid agit, sed etiam considerandus est modus, secundum quæ agit, vt secundum quem modum agit homo.

Dicemus, quod agit per motum, agit enim mouendo manus, vel pedes, vel alia membra corporis.

Affirmatiwas, & negatiwas quo Deo conueniant.

Deus qd ex tempore Creator, & Dominus.

Alio Hominis tribus modis consideratur.

ris. Agit enim per pedes propter sanitatem, quam vult acquirere, & hoc facit mouendo pedes: vel agit per manus propter bonum pecunia, quam intendit habere ex arte sua, & hoc facit manus mouendo: Videndum est ergo de Deo, per quid agit, propter quid agit & per quem modum agit.

Deus p. qd.
q. 1.

Ad primam autem questionem, per quid agit Deus. Respondebat Aug. i. super Gen. dñs differētiā inter agere Dei, & Angeli, & hominis, dicit q̄ homo operatur motibus corporis: Angelus motibus temporum: Deus rationib⁹ aeternis incommutabilib⁹, & stabilib⁹. Per quid ergo agit Deus? per rationes aeternas, quibus plenus est Filius, qui est ars Dei Patris omnipotentis, iuxta illud Aug. de Trini. 6. loquētis de Filio, q̄ est ars quædam omnipotentis, atque sapientis Dei plena omnium rationum viuentium, & incommutabiliū: a rationibus ergo illis aeternis, sicut Deus disposuit ab aeterno, sunt omnes istae creature in tempore, eo modo quo disposuit ab aeterno, vt si cut fecit cœlum, & terram in tempore, ita & isto modo ab aeterno, & in rationibus aeternis disposuit, vt sic in tempore saceret creaturam, sicut ergo cessat fieri opus diuinum, sic cessat Deus ab opere, agit enim Deus temporalia, sed non per rationes temporales, agit enim Deus ex tempore, sed nihil disponit, nec ordinat dispositione vel ordinatione temporali, illa enim sapientia, per qua fecit res in tempore, fuit in Deo ab aeterno illius enim sapientiae sunt opes superbæ, aurum vero, & argentum sunt opes valde humiles, quia vilissimi habent eas, scientia, & virtutes sunt opes superbæ, quia dedita sunt cum his, qui sunt vilitate depresso. istam sapientiam, per quam Deus agit omnia, posse dedit Deus ab aeterno: & in initio viarum suarum antequam quicquam ficeret. In principio enim, & ab aeterno ordinata est ista sapientia, q̄a Deus ab aeterno ordinavit per sapientiam suam quicquid erat facturus in tempore, vt non vnum iota, aut vnius apex fiat a Deo in tempore, quod non fuerit ab aeterno praordinatum in ipso, quando ergo sic factum est in tempore, vel quando factum est in opere, prout Deus ordinavit ab aeterno, & in creatione mundi, quando fuerunt factæ omnes illæ nouitates, quas Deus ordinaverat ab aeterno, tunc fuit completum opus, & cessavit Deus ab opere, vt deinceps nihil novi ficeret, qđ faciendo requieuit ab vniuerso opere, quod patratabat. Sic ergo considerando per quid agit Deus, quia agit per rationes aeternas, declaramus quomodo Deus cessavit ab opere, & quomodo requieuit, sic etiam considerando propter quid agit Deus, poterimus declarare hoc idem.

Dei quies
ex fine, qđ
quæ agit.

Tomo I.
cap. 3.

Psalm. 15;

Sciendum ergo quod Deus non agit propter bonitatem aliquam acquirendam, quia, vt dicit Augustinus 8. de Trinitate, Deus non est aliud, quā ipsum bonum, & per hoc est summum bonum, & omnis boni bonum, non ergo potest habere de bonitate amplius, quā habet, propter quod nihil facit propter bonitatem acquirendam, quilibet enim dicit dicere cū Psalmista: De⁹ meus es tu:

A quoniam bonorum meorum non eges.

Rursus non agit Deus, vt se possit in bonitate conseruare, quia, vt dicit Augustinus in loco præallegato, bonum diuinum non potest minui, nec augeri. Si ergo queretas propter quid agit Deus. Dicemus quod propter bonum, quia competit omni agenti, sed non agit propter bonum, quod velit acquirere, nec in quo se velit conseruare, sed agit propter bonitatem suam, quam vult nobis communicare. & quia ab aeterno ordinavit quomodo bonitatem illam volebat communicare creaturis, & ab aeterno disposuit, quomodo volebat in tempore facere nouas species rerum, quibus secundum capacitatem earum volebat communicare de bonitate sua, quando factæ sunt omnes illæ nouæ species, vt de cetero nulla noua fieret species, sed per propagationem continuarentur species iam productæ: Deus cessavit ab opere quantum ad nouitatem: quia nihil ulterius novi fecit, sed requieuit ab omni opere, quod patratabat.

Tertio possumus hoc idem ostendere, considerando, quomodo agit Deus, sed si vellemus hoc modo satisfacere quæsito, esset iste modus idem cum primo. Quia si queris, quomodo agit Deus: Dicemus, quod agit dicendo: Iuxta illud: Ipse dixit, & facta sunt, vel dicemus, quod agit verbum gignendo: quia cum dicitur in Gen. Dixit Deus: Fiat &c. exponit Augustinus: Dixit, id est verbum genuit: in quo erat, vt fieret, propter quod 11. Confess. ait: Deus uno verbo aeterno, sibi autem coeterno, &c. sed idem est agere verbo, & agere rationibus aeternis, quibus est plenum verbum, qui fuit primus modus ostendendi quomodo Deus cessat ad opere.

Loquimur ergo de modo agendi aliter, videlicet quem modum se habendi dicimus habere Deum ex operibus suis. Aliquando enim talia opera fecit Deus: quod licet non sit iratus, habet se ad modum irati: & licet non peniteat, habet se ad modum penitentis: & licet non doleat, habet se ad modum dolentis. Iuxta illud Gen. 6. Penitet me fecisse hominem in terra, & præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus, Delebo, inquit, hominem, &c. Omnia ergo ista referenda sunt ad Deum secundum effectum, non secundum affectum. Deus enim non afficiebatur dolore, nec penitentia: quia secundum Augustinum penitens, hoc est, penam tenens. Sed secundum effectum dicta sunt talia, quia delendo omnes homines per diluvium, talia fecit, ac si penitusset eum fecisse hominem, & ac si doluisse fecisse hominem, non ergo absolute penituit Deus, vel doluit, sed se habuit ad modum penitentis, & dolentis. Et propter istum modum se habendi dicit Scriptura de Deo, quod penituit, & doluit. Sic & in proposito Deus non mouetur: Deus non laborat, sed quando facit aliqua, quæ faciunt, q̄ mouentur, vel laborant, tisic eo modo, quo dicitur penitere & dolere, potest dici moueri, & laborare. Et quia cessat ab opere, & non operari consueverunt facere qui operantur per motum, vel qui

Dei quies
ex modo a-
gendi.

Tomo I.

Deus quō
izius, dolē
penitēs, &
quiescens.

Penitet me
facisse homi
nem, intelli
gitur quantu
m ad effe
ctum. G. 6.

D

Et propter istum modum se habendi dicit Scriptura de Deo, quod penituit, & doluit. Sic & in proposito Deus non mouetur: Deus non laborat, sed quando facit aliqua, quæ faciunt, q̄ mouentur, vel laborant, tisic eo modo, quo dicitur penitere & dolere, potest dici moueri, & laborare. Et quia cessat ab opere, & non operari consueverunt facere qui operantur per motum, vel qui

Aegid. super ij. Sent. K k k 3 labo-

laborant operando. In Deo ergo licet non cadas A labor & motus, cessando tamen ab opere habuit se ad modum operatis cum labore, & motu, quo facta dietus est quiescere, quia quies opponitur motui, & labori.

R E S P. A D A R G. Ad primum, & secundum dicendum, quod licet non moueatur, nec laboret, tamen quia videmus cessare ab opere ea, quae mouentur & laborant: ideo, ut dicebatur, habet se ad modum eius, quod mouetur & laborat. Vel postulum dicere, quod etiam in soluendo tangebatur, quod Deus non quiegit, prout quies opponitur motui, & labori, sed prout quies, vel quiescere est idem, quod cessare ab opere,

Ad tertium dicendum, quod cum ipsum cessare ab opere, modo, quo patuit, possit dici quies; possumus sufficienter salvare, quod ipse D^rus secundum se quieuit, quia secundum se ab opere cessauit. Nam sicut ab æterno ordinavit, ut in tempore nova opera conderet, & eis conditis ab opere cessaret, & cessando quiesceret, sic secundum illum ordinem in tempore factum est.

Ad quartum dicendum, quod Deus volendo se, vult alia, & quia suam bonitatem diligit in se, suam bonitatem diligit in alijs, & vult eam communicare alijs, & ideo iste modus est quasi circularis, ut quia Deus diligit se, diligit alia, & diligen do alia ordinat ea ad se, res ergo exent a Deo tanquam a principio, & tendunt in Deum sicut in finem; opera vero Dei exent a Deo tanquam a principio, & redeunt ad ipsum tanquam ad finem. Et quia in huiusmodi fine est quies; Deus in se tamquam in fine dicitur operando quiescere,

A R T I C. I.

An rectè Deus diem septimum Benedixisse, ac Sanctificasse dicitur.

Conclusio est affirmativa.

Aegid. in Hexam. 2. p. cap. 41. D. Thom. 1. p. q. 73. arti. 3.
Et 2. sent. d. 15. q. 3. artic. 3. Ric. d. 15. q. 9. Guill.
Altis. tracta. 9. q. 3. D^r op. 7. diei.
in 2. senten.



E R T I O quæritur de Benedictione, & Sanctificatione diei septimæ.

Et videtur, quod non debuit Benedicere, & Sanctificare di^se septimum, in quo quieuit, sed

operatio nobilior otio, magis diem sextum, in quo operatus est, & sua opera cōsummauit. quia operatio est nobilior otio, propter quod Philosophus x. Ethico. felicitatem non posuit in otio, sed in opere.

Quæst. II.

Præterea Sanctificatio, & Benedictio videntur bonitati congruere, sed secundum Boetium bonum, est sui ipsius diffusuum: ergo magis diffusioni, & productioni rerum, secundum quam divina bonitas se diffundit, competit Sanctificatio, & Benedictio, quæ in quieti,

Præterea propter hoc videtur esse inducta Sanctificatio, & Benedictio, ut populus Fidelis hoc cogitans rememoretur, quomodo Deus produxit mundum, & est omnipotens: Sed inuisibilis Dei per ea, quæ facta sunt, & per opera divina intellecta conspicuntur, ut dicitur ad Romaneos, ergo Sanctificatio, & Benedictio, quæ faciunt nos habere in memoriam Dei omnipotentiam, magis debent attribui diuinis operibus, quam quieti.

Præterea, quod aliquis sanctificet, & benedicat aliquam diem propter suam quietem, vel quod cesset ab opere, hoc est, vel quia operando diminuta sunt eius bona, sicut gaudet avarus, cum cessat ab actu liberalitatis: vel quia hoc faciendo euenerunt sibi aliqua mala, sicut fatigatus gaudet, cum cessat ab opere, quia quiescit a labore, sed talia Deo non possunt competere: ergo &c.

Præterea duplex est opus diuinum, unum secundum, quod natura instituit, & aliud secundum quod in natura operatur, adiuuando naturam, ut seipsum valeat propagare, & seipsum propagando conseruare. Primum opus fuit in operibus sex dierum, quando naturam instituit, & eam difinxit, & ornauit. Secundum opus fuit in die 7. quando naturam propagauit, & res in producendo sibi similia adiuuauit, sed diuinam omnipotentiam magis indicat primum opus, quam secundum: ergo &c.

I N C O N T R A R I V M est: quia sanctificatio, & beatitudo ad bonitatem pertinent, sed bonitas potissimum sumitur ex fine. quia secundum Commen. in 2. Metaph. finis, & bonum idem sunt, & qui tollit finem tollit omne bonum. Et Philosophus in Physicis deridet Poetam dicentem, quod mors est finis omnium, nam, ut ait, finis non solum dicit, quid ultimum, sed etiam quid optimum. quare si esse quid bonum, & quid optimum competit fini: dies septimus, in quo Deus cessauit ab opere, & quieuit in seipso, tanquam in fine debuit ab ipso sanctificari, & benedici.

Præterea vita contemplativa, secundum quam cessatur ab opere, & intenditur diuina contemplationi, est posterior, quam activa, secundum quam laboramus, & operamur. Propter quod Dominus pro Maria responderet Marthæ, quod optimam partem elegerat: ergo &c.

Sanctificatio, & Benedictio cur 7. die inducta.

Rom. 1.

Auct. cōs. 2. Physica. T.c. 23.

Lucas 2.

R E S Q

Dies primus Dominicus fuit, duabus rationibus sic dictus. Benedixit autem Deus diei septimo, cuius benedictio honorum multiplicatio fuit.

R E S P O N D E O dicendum: quod primo videndum, est quis fuerit dies primus in operibus sex dierum, ut possimus videre quis fuerit dies septimus, in quo dñs requieuit. Secundò vi dēdū est, quō ille dies septimus habuit mane, & non habuit vesperam. ex his enim duobus diebus habebimus aliqua iuuamenta ad tertium, de quo est quæstio principalis, quomodo Deus benedixit & sanctificauit diem septimum.

Dies primus creationis. Propter primum sc̄idum, quod primus dies mundi fuit dies Dominicus. Qui primus dies dupliciter potest accipi, vel vt continet vnam revolutionem completam, & non amplius: & tunc lux fuit facta illa prima die. mundus autem fuit factus ante huiusmodi primam diem, & per consequens fuit factus ante omnem diem. sed, vt supra dicebatur, cum cuilibet diei demus aliquid ultra vnam revolutionem: quia damus ei illud, quod contrauidit octaua sphæra, vel illud, quod contrauidit Sol: satis congrue possumus illam modicam morulam, quae fuit inter creationem mundi, & factiō lucis, dare primæ diei, vt dicatur prima die factus mundus. Sic enim incepit suum librum, qui fecit auroram. Primo facta die cœli, terraque leguntur. fuit autem aliud opus solenne factum die Dominicō, quod illo die resurrexit dominus. ideo sic incipit hymnarium: Primo dierum omnium: quo mundus extat conditus, vel quo resurgens conditor &c. posset autem ille dies Dominicus vocari dies Solis: quia lux illa, quę fuit facta illa die, fuit lux, de qua factus est Sol. verum quia lōge est nobilior denominatio a domino nostro Iesu Christo: qui fabricatus est auroram, & Solē: quām a Sole: congruum est, vt ille dies, in quo resurrexit dominus: non vocetur dies solis: sed dies Dominicus. Duo ergo dies in hebdomada vocātur ab operibus diuinis, videlicet primus dies, qui dicitur Dominicus: vel quia in illo die dominus mundum condidit, vel quia in illo die dominus resurrexit. Septimus autem dies denominatus est ab operibus Domini, & dicitur Sabbathum, siue quies. quia in illo die Dominus Deus quietuit ab vniuerso opere quod patraret. vel quia illo die Christus requieuit in sepulchro. nullo autem alio die complètē requieuit Corpus Domini in Sepulchro, nisi die Sabbathi. nā per magnam partem dici Veneris pependit in cruce, & summo mane, die Dominicō resurrexit. sed per totā diē Sabbathi in Sepulchro requieuit, omnes autem alios dies denominamus à planetis, vt diem Lunæ a Luna: Martis a Marte, & sic de alijs.

Ordo dierū Quod si volumus scire: quare est iste ordo dierum consentiendo Astronomis: quod secundū circulum planetarum sit denominatio in

A die secundū horas diei: si incipiās a die Dominicō, qui est dies Solis. Prima hora dominabitur Sol: & octava hora Sol: & vigesima hora Sol: & vigesimasecunda hora Sol: vigesimatertia hora dominabitur venus, quae immediate est sub Sole.

24. dominabitur Mercurius. 25. hora quae est prima hora noctis sequentis diei dominabitur Luna. & ideo dies Lunæ est immediate post diem Dominicum. & si sic discurramus per omnes planetas inuenimus, quod ille planeta, a quo denominatur dies, dominatur prima hora illius diei: denominando diem Dominicum a Sole, & Sabbathū a Saturno. Verum quia visum est ecclesiæ, vt istud sit superstitionis, nullam diem denominab aliquo planeta. nā primū diē nō denominat a Sole, sed a Domino, & vocat ipsum diem Dominicum. secundum diem non denominat à Luna: sed dicit ipsum secundam feriam: quia est secunda dies a die Dominicō: quæ debet esse Christianis omnibus feriata, & sic de aliis dieb^z.

diem etiā Sabbathi non denominat a Saturno: sed eum denominat a quiete, quam Deus habuit ab operibus conditis, vel quam habuit Dominus in sepulchro.

Viso de diebus, quae fuerit prima, & quae seputima, & quomodo se habent dies alii: volumus de ipso mane aliqua enarrare, quō septima dies habuit mane & non habuit vesperam: Dicemus ergo sequendo Magistrum in littera. 13. distin. quod ordo naturalis distinctionis dierum est vt computentur dies a mane. dici enim poterit quod in computatione dierum dupliciter accipietur mane: vel secundū naturalem ordinem, vel secundū necessariam quandam recompensationem. nam prima dies incepit a clara luce, & habuit vesperam, quae est principium noctis: sed non habuit mane, idest auroram: vt Magister exponit: quae est initium diei. in recompensationem ergo diei primæ, vt illa dies haberet completam revolutionē: accepit mane sequentis diei: & hoc modo factum est vesperē, & mane dies primus, siue dies septimus. Illud ergo primum mane secundū ordinem naturalem fuit diei secundū. sed secundū necessariam recompensationē fuit computatum cum prima die. quia aliter illa dies non habuisset completam revolutionem, nec fuisse 24. horarum. Et quod dictum est de die prima respectu secundæ, veritatem habet de die 6. respectu 7. nam quando dictum est: Et factū est vesperē, & mane dies sextus. Illud manē secundū necessariā recompensationē fuit diei sextæ, sed ēm naturalem ordinem fuit die 7. & quia secundū naturalem ordinem illud mane pertinebat ad diem 7. secundū recompensationem ad diem 6. Etiam secundū ipsum ordinem dierum dicebatur supra, quod completio operum poterat congrue referri ad diem 6. & ad diem septimum. Cum ergo queritur quomodo 7. dies habuit mane, & non habuit vesperam: potest uno modo responderi, quod scriptura diuina in Gen. facit mentionem de mane, quod secundū ordinē naturalē est diei 7. sed qā non facit mētio-

Ecclesia cue
nomina pla
netarū dies
non nomi
net.

Dies septi
mus quomo
do non ha
buerit vesp
eram.

**Melchis-
dech nō in-
veniē, Pater,
nō matrem
habiliſſe. Vi-
de Abrahā
de calvo li-
de heret. vi-
tulo Mel-
chisdech.**

Possumus autem, & aliter respondere, q̄ dies potest computari: vel secundum revolutionem cœli, vel secundum inchoationes operis illi diei appropriati, & quia opus generationis, & propagationis appropriatur diei 7. cū ergo illud opus inchoatum fuerit in die 7. habuit principium, siue mane ille dies septimus: sed quia non finietur usq; in finem mundi: ille dies non habuit vesperam. secundum hunc ergo modum totum tempus, quo durabit generatio, & corruptio, est unus dies septimus: qui habuit mane. i. inchoationem, quando inchoatum fuit tempus propagationis: sed non habuit, nec adhuc habet vesperam, quia nondum fuit finitum tale opus, finietur autē q̄n erit completus numerus electorum, quod erit in fine mundi, & tunc suam vesperam obtinebit. Igitur secundum revolutionem cœli vesperam habuit septimus dies, & multæ revolutiones, & multæ vesperæ interpositæ sunt inter hanc diē, & illā. Sed accipiendo mane pro inchoatione operis generationis: & vesperam pro consummatione, patet quomodo dies septimus habuit mane, sed nō habuit, nec adhuc habet vesperam.

His itaque prælibatis, videre volumus, quomo-
do Deus benedixit diem 7. & sanctificauit illum,
vt dicitur Gen. 2. de quo est quæstio principalis.

**Benedictio
Dei quid.** Scendum ergo, q̄ quādō Scriptura sacra expo-
nit aliquid, & postea quasi statim verbum exposi-
tum replicat. Sic debemus exponere verbum re-
plicatum, sicut exponebatur prius positū, & sic
habet littera Gen. Producant aquę reptile animę
viventis, & volatile, & postea subditus: Et vidit
Deus, q̄ eslet bonum, & benedixit eis dicens: Cre-
scite, & multiplicamini, sic etiam & in ornatu ter-
ræ, quando Dens fecit iumenta, reptilia, bestias, &
hominem, benedixit illis, & ait: Crescite, & mul-
tiplicamini, & replete terram. Et licet specialiter
videatur dictum cſe de homine, potest tamen ad
totum ornatum terræ referri. Hoc etiam modo
videtur esse intelligendum, quod dixit Sathan ad
Deum de Job: Operibus manuum eius benedixi-
sti, & possessio illius crevit in terra, benedictio er-
go Dei est augmentatio bonorum nostrorum, q̄a
hoc est Dei benedicere, quod eius benefacere. q̄a
non nisi dicendo facit, benedictio ergo diei 7. ad
augmentum, & ad multiplicationem animalium
referri potest, quia vt tunc in die septimo incep-
erunt se multiplicare, vt ista fuerit benedictio diei
septimi: vt tunc animalia die septimo incepérunt
secundum benedictionem illam agere, se-
cundum quam Deus benedixit

eis dicens: Crescite, &
multiplicam-
ni, &c.

Dub. I. Lateralis.

*An benedictio animalium ad diem
septimum pertineat.*

Conclusio est affirmativa.

D. Th. 1. p. q. 73 arti. 3 Idem loco supra citato, & alij.



L T E R I V S forte circa hoc du-
bitaret aliquis, q̄ non data fuit
animalibus bñdictio: vt se myl-
tiplicant, quod nō est nisi per
generationem eorum, siue gene-
rentur ex semine, siue ex putrefa-
ctione, quare dies septimus fuit benedictus.

Ad quod potest multipliciter responderi, vt
dicatur dies septimus benedictus per signum. si-
cut dicitur vrina sana, quia significat sanitatem.
non q̄ in ea sit propriæ sanitatis, sicut in subiecto,
sed sicut in signo. Benedictio ergo diei septimæ si-
gnificat, & erat signum benedictionis prius datæ.

Et etiam fuit inchoatiū eius, quia tunc incœ-
perunt animalia dare operam generationi, quia
tunc mares, & feminæ incœperunt habere com-
mixtionem ad inuicem, quantum ad ea, quæ gene-
rantur ex semine, & tunc incœperunt esse putre-
factiones, quantum ad ea, quæ ex putrefactione
producuntur.

Possumus autem & tertio respondere, quod
benedictio sic data fuit diei septimæ non solum,
vt esset signum, nec solum, vt tunc inchoaretur,
sed etiam, vt esset causa. Vt sicut diximus de Stel-
lis, quod sic sunt signa serenitatum, & tempesta-
tum, & plurimum aliorum, quę possamus autuma-
re ex coniunctione aliorum, & aliorum siderum,
quæ etiam sunt illorum causæ. Sic & in proposi-
to benedictio illa, & fuit inchoatio benedictionis
prædictæ, & fuit signum illius benedictionis, q̄
multiplicant se animalia. Quia ex quo cessabat
Deus a condendo nouas creaturas, signum erat,
quod volebat condita conservare, & ea in eis per
perpetuare, quod non nisi per generationem fieri
habet.

Fuit & quartò benedictio diei septimæ causa
multiplicationis prædictæ. Nam non sufficit, quod
res habeant esse secundum suas formas substan-
tiales, quod fuit ante omnem diem, nec quod ha-
beant esse dictum, quod fuit in primo ternario
dierum, nec quod sint ornatæ virtutibus, per quas
sunt aptæ natæ agere ad generationem diversarum
specierum. quod fuit in alijs tribus diebus,
sed oportet, quod ipsi motibus supercelestibus
debet benedictio, vt faciant ad generationem
prædictorum. Nam statim, cum cessabit mo-
tus primi mobilis, cessabit omnis generatio, pro-
pter quod Philosophus, in 2. de generatione, po-
nit ignem organum cœli, quia non agit nisi
in virtute cœli. propter quod, si cessaret motus
cœli quantuncunque ignis haberet virtutem
cale-

Dies sep-
timus qua ra-
tione bene-
dictus.

Vrina san-
ctæ.

calefactiuam, non posset realiter calefacere. Gessante ergo motu cœli secundum fidem nostram, elementa remanebunt, & habebunt esse, & habebunt distinctum esse, & habebunt in se virtutes actiunas, & passiuas, per quas se inuicem alterant, & corruerpunt, & per quas ex se inuicem generantur, sed cessante illo motu per virtutes illas non se immutabunt realiter, nec ex se inuicem generabuntur, & quia motus cœli facit ad generationem & corruptionem omnium, non sufficiebat dedisse benedictionem auiibus, piscibus, & alijs animalibus, sed oportuit ipsum motum cœli benedicere, ad hoc, quod posset praedita causa. Quarto ergo die fuerunt facta lumina, & sunt data cœlis aptitudo ad alterandum ista inferiora. Quinta die fuerunt facti pisces, & aves, & fuerunt benedicti, ut possent se per generationem multiplicare. Sexta die fuerunt facta animalia, & homo habentia aptitudinem ad se multiplicandum. Sed quia ad construendum multa requiruntur: ad destruendū autem unum solum sufficit; omnia ista non sufficiebant, ut actus generationis esset sufficienter constitutus in esse, & completem constructus; sed oportuit benedicere motum cœli, ut ista causare posset. & quia dies est pars temporis, & tempus est idem realiter, quod motus cœli: Deus benedicendo diem leptimum, benedixit motum cœli, & constituit eum causam generationum, & corruptionum omnium, quæ sunt in sphæra aeriuarum, & passiuorum: & ex tunc incæperunt res dare operā generationi, ut superius dicebat.

Dub. II. Lateralis.

*An Hominum benedictio differat ab animalium benedictione.
Conclusio est affirmativa.*

Sanctificatione, & contemplatione.

Aegid. in Hexam. 2. p. cap. 40.



L T E R I V S forte dubitaret aliquis de sanctificatione septima diei, quia dies septima non solum fuit benedicta, sed etiam fuit sanctificata. Sciendum ergo, quod non est simile de homine, & alijs animalibus. Animalia enim, quæ instinctu, & promptitudine naturæ agunt, non oportebat aliud expectare mandatum: sed data benedictione multiplicationis eis, & data benedictione cœlis, & motibus cœlorum, ut causaret generationes hic inferius, quod fuit die septimo; Alia animalia eodem die statim incæperunt dare operam generationi, sed in hominibus non sic. Nam cum eis sit data ratio, & intellectus, per quæ possunt comprehendere mandatum supe-

Arioris, & eis sit datum esse liberum arbitrium, per quod debent eligere, quæ sunt placita suo superiori. posito etiam, quod iam fuissent producta, non statim debuissent dare operam generationi, sed expectassent mandatum superioris Dei. cum ergo Deus mādet, quod primo queramus regnum Dei, primi Parentes tanquam ratione prædicti prius debuerunt dare operam sanctificationi, & querere, quæ erant Deo placita, & postea mandato diuino superueniente dare operam generationi. Prius enim debuerunt vivere vita contemplativa, quæ est animæ, ut inharent Deo, & postea poterant vivere vita actiua; & intendere creationi filiorum. Benedictio ergo diei 7. potest referri ad animalia communiter, quia ex tunc incæperūt illa se p generationē multiplicate: & Sanctificatio specialiter potest referri ad homines, vel ad hominem, ut sicut alia animalia incæperūt die 7. date se generationi, & procreationi filiorū, homo autem ratione peditus incæpit se dare sanctificationi, actioni, & contemplationi diuinæ, antequam enim Adam peccaret, semper ratio eius erat subdita Deo. Et licet omni tēpore debeamus nos dare operā orationi, & cōtemplationi, iuxta illud ad Thessal. 5. Thess. 5. Sine intermissione orate. Non est tamen inconveniens in huiusmodi septenario numero dierum, secundum quod yniuersum tempus eodem dies reiterando in esse statuit, date aliquam diem specialiter ad ea, quæ sunt Dei, relietis seruilibus actibus. Et si queratur, quæ est illa dies; Dicemus, q̄ cum dies Dominica fuerit prima dies: dies Sabbati fuit illa septima dies, quæ fuit benedicta, & sanctificata. Nam quantum ad benedictionem, & ad multiplicationem animalium communiter fuit illa dies septima benedicta simpliciter, sed quantum ad sanctificationem fuit illa dies 7. sanctificata figuratiuè, dicente Apostolo de Iudeis, quod omnia in figura contingebant illis. Moyses ergo, qui fuit iudeus proponendo iudeis diem septimam esse sanctificatam, quantum ad aliquid proposuit quid reale, siue quid morale: & quantum ad aliquid proposuit quid figuratiuè. Nam, quod aliquam diem seu aliquod tēpus debeamus dare deuotioni, & contemplationi diuinæ, & orationi, fuit quid morale, sed, quod illa dies esset septima, potest dici quid figuratiuum. figurabat enim quietem domini in sepulchro: quæ fuit p totam diem sabbati, quæ dies ordinabatur ad resurrectionem eius, quæ fuit illuciente die dominica, cum ergo illa figura ordinaretur ad hanc rem, quæ est resurrectio domini, & adueniente re cœlat figura: sicut adueniente corpore cœlat umbra, resurgentे domino non celebratur dies sabbati, quo requieuit, sed dies dominicus, quo surrexit. Aduertendum autem, quod secundū Hugo, Sabbathū interpretatur requies. Requies ergo dñi, qua requieuit ab omni opere, qđ patravit, & quam colebant iudei, aliud figurabat, & ad aliud ordinabatur, figurabat requiem Christi in sepulchro, sed ordinabat ad resurrectionem

Etatione eius in gloria. Nam & ipsa requies Christi in sepulchro ordinabitur ad resurrectionem illius gloriosum, qua adueniente, cessauit figura, ergo colimus rem, id est resurrectionem ipsam, sed celebramus diem dominicum, dimitiendo figuram, quae celebrat Sabbathum. Benedicatio ergo ad multiplicationem fuit data omnibus animalibus communiter, aliter tamen, & aliter, quia animalibus alijs fuit data pro statim, & pro illo die septimo: sed hominibus fuit data pro loco, & pro tempore, ut tunc taliter agerent, prout dictabat ratio, sed quamvis haec benedictio fuerit data omnibus animalibus communiter, modo, quo, diximus; sanctificatio tamen fuit impensis sabbatho pro hominibus specialiter, ut homines primo quererent regnum Dei, & darent aliquod tempus deuotioni, & postea operarentur, & laborarent, & darent talia tempora serviilibus astibus.

Dei, & hominis felicitas.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, quod felicitas Dei non consistit in operatione, qua condidit creaturas, sed in fruitione qua fruitur seipso, & qua requiescit in seipso: sic & felicitas nostra non consistit in operibus nostris, nec in operationibus diuinis, sed in ipso Deo. Erimus enim beati requiescendo in Deo, & nunc sumus beati modo, quo patitur; dum sumus in via spem nostram ponendo in Deum.

Ad secundum dicendum, quod licet bonum sit diffusiuū sui, & licet manifestetur diuina bonitas ex eo, quod Deus communicat creaturis. Perfectio tamen diuinae bonitatis non est ex eo, quod se communicat creaturis, sed ex eo, quod non indiget creaturis. sed in seipso sufficientiam habet, in quo & nos debemus sufficientiam habere, & propter illam sufficientiam festa celebrare.

Ad tertium dicendum, quod ea, quae facta sunt, id est creaturae, sunt via ad deueniendum in cognitionem Creatoris, sed non debemus quietescere in via, sed in termino. propter quod non debuit sanctificari dies, vel non debuerunt sanctificari dies, in quibus Creaturae fuerunt conditae, sed dies in quo requieuit in se, in quo nos requiescendo beati erimus.

Ad quartum dicendum, quod quamvis nihil dimiuatur Deo ex hoc, quod produxit creaturam: & quamvis non laboret Deus producendo creaturam; tamen magis manifestatur potentia eius ex eo, p[er] quienit non indigendo creatura, quam ex eo, quod produxit creaturam, propter quod dies qui quis erat magis sanctificatus, quam dies operationis.

Ad quintum dicendum, q[uia] non celebratur dies operationis: qua produxit naturam ratione operis: nec celebratur dies, prout conseruat creaturam, vel prout iuuat naturam propagantem, ut se conseruet ratione operis. fuit enim tale opus in die 7. quia ille die inciperunt animalia date operam propagationi, & tunc inciperit Deus iuuare ea ad tale opus: nec sanctificatur dies septimus ratione talis operis, sed quia

A Deus non egens creaturis in seipso quietuit.

Dub. I. Litteralis.



V P E R litteram primo queritur de factione luminarium. Et specialiter de factione Solis.

Solis lumen quomodo augmētata.

Dicebatur enim, q[uia] Sol primo factus non lucebat, sed postea illa materia de qua factus est: prima die condensata incœpit lucere, & facta est lux, sed non lucebat tantum, q[uia] faceret alia lucere, sed postea quarta die fuit adeo condensata illa materia, vnde factus fuit Sol, & facta est sic splendida, q[uia] non lucebat in se, sed dabant lumen omnibus alijs, quia Luna, & aliae Stellæ incepunt luceare per lumen receptum ab ipso.

Quæritur ergo, quomodo fuit facta illa condensatio. Dicendum, q[uia] duobus modis fieri potuit, vel multiplicando materiam, vt supra tangentebatur, quia Deus potest materiam ipsam secundum se multiplicare, & facere de corpore tanto densum, vel de corpore depresso magis depresso, non minorando illud corpus, nec addendo sibi aliud corpus, vel potuit hoc fieri non materiam multiplicando, sed corpus per sui minorationem condensando, corpus ergo illud, de quo facta est lux prima, fuit per sui minorationem condensatum, vt luceret. Et postea quarta die fuit magis minoratum, & magis condensatum, & in tantum factum fuit splendidum, q[uia] non solum lucebat, sed alia lucere faciebat.

Cōdēnsatio quot modis.

C Si autem queras, quo istorum modorum fuit facta condensatio. Vtum per materiam multiplicationem, vel per illius corporis minorationem; Dicemus, q[uia] illud fuit, quod Deo placuit, Vterque tamen modus fuit Deo possibilis.

Dub. II. Litteralis.



L T E R I V S forte dubitaret aliquis, quia licet videat posse, q[uia] fieret facta condensatio de corpore solari propter materiam multiplicationem, non videtur tam en possibile, talem condensationem fuisse per illius corporis minorationem, quia tunc remansisset aliqua pars cœli vacua.

Solis condensatio. Idem supra d. 14. q. 3. art. 1.

Dicendum, q[uia] sicut videmus mustum inturbidatum per fecem clarè fieri, per hoc, q[uia] facta trahit ad unam partem, & est densior in se, quam fuerit mixta vino, nec oportet, q[uia] per talē condensationem fiat vacuitas maior in dolio, nisi forte per accidens, quia aliquid exhalauit de vino, vel de materia eius, propter bullitionem musti. Sic & in proposito potuit materia illa, vnde factus est Sol, se congregare, & fieri magis densa virtute diuina, absque eo, quod sphæra Solis in aliqua parte sui remaneret vacua, sed remansit rata, & magis transparens, & dyaphana.

Diffe-

Differentia tamen est inter congregations factis, & illius materie, de qua factus fuit Sol, quia cum vini non sit de natura ducis: sex, quae est de sior vinac, est vilius vino. sed quia cœlum est de natura lucis illud, quod est densissimum cœlo, quia plus habet de luce, est nobilissimum. Stella ergo, quae est de sior pars sui orbis, est nobilior pars sui orbis; & corpus illud. Vnde factus fuit sol: quanto magis condensabatur: magis lucebat, & maiorem nobilitatem habebat.

Dub. III. Litteralis.



LTERRIVS forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur in littera præsentis Distinctionis: Producant aquæ reptile & volatile, videtur quod omne volatile sit reptile: quia ex hoc dicitur aliquid reptile: quia ventre, vel corpore reptat. Nam ut patuit supra per Augu. Lacertæ, & Stelliones propter breuitatem pedum ducunt quasi ventrem per terram, & isto modo reptant. Cum ergo ex hoc dicantur reptilia in terra: quia mouendo se per terram, ducunt ventrem per eam: omnes aves erunt de genere reptilium, quia mouendo se per aerem, ducunt ventrem per aerem, in quo se mouent.

Reptilia vni.
de dicta.

Dicendum, quod reptilia dicta sunt: vel ex defectu instrumentorum, vt lacerte, & Stelliones: qui propter defectum pedum, quos habent nimis breves: inter reptilia computantur: vel propter carentiam instrumentorum, vt quia carent instrumentis ad se mouendum: ventre & corpore reptant, & mouent se, aves autem habent sufficietes alas ad se mouendum. propter quod habent sufficientia instrumenta ad huiusmodi motum. non ergo ex insufficientia vel ex carentia instrumentorum conducunt corpus suum per aerem, cum volant, nec directè iuvant se cum corpore in volatu: sed cum aliis.

Dub. IV. Litteralis.



LTERRIVS forte dubitaret aliquis: quia videtur quod nomine reptilis intelligantur omnes pisces: sicut nomine volatilis intelligantur omnes aves.

Pisces an
reptilia dici
possint.

Dicendum quod omnes pisces possunt dici quasi reptilia: quia non habent sufficientia instrumenta ad mouendum se super aquas, vel si aliqui habent pennulas, vel squamas: illæ penulæ & illæ squamæ non sufficiunt ad talè motu, sed cum corpore & cum cauda se iuvant: vt possint talè motu exercere. Et si sint aliqui pisces hæc pedes: vel aliqua alia instrumenta, p. quæ se mouent in aqua: quia valde pauca sunt talia: de nominatio facta est ab eo, quod est in maiorj

A parte: nō ab eo, quod est in valde paucis, & ideo nomine reptilis intelliguntur omnes pisces.

Dub. V. Litteralis.



LTERRIVS forte dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur: Producant terra animam viuentem, iumenta: reptilia, & bestias.

Iumenta vni
de dicta.

Quid intelligitur nomine iumentorum, quid bestiarum, & quid reptilium: satis superiorius declaratur. Sed quid importetur nomine iumentorum: Dicemus, quod iumenta sunt quasi iumenta: quia nos iuvant ad portandum onera, vt equi, & asini. Vel possumus magis large accipere iumenta ad omne iumentum, quod habemus ex bestijs. Vnde Augustinus. 3. super Gen. pro eo- dem posuit iumenta, & pecora. Vnde dicit, quod per iumenta sive per peccora intelliguntur animalia accommodata vobis hominum ad adiuuandum eos: sive in laboribus, vt boves & equi: sive ad lanificium: sive ad vescendum vt oves, & sues. Verum: quia ista non videntur concordia: quod oves, & sues dicantur iumenta: possumus de nomine distinguere quantum ad significationem nominis, & quantum ad etymologiam eius. Aliquando enim etymologia nominis est amplior, quam significatio eius, vt lapis secundum etymologiam dicitur ledes pedem, multa enim ledunt pedem, quæ non sunt lapides, vt ferrum, vitrum, & multa alia. Quantum ergo ad significationem nominis: nomine lapidum non intelliguntur, nisi lapides qui apud communem usum accipiuntur. Sed quantum ad etymologiam nominis, nomine lapidis intel- liguntur quæcumque ledunt pedem. Sic & in proposito: nomine iumentorum intelliguntur magna animalia, quæ sunt quasi nostra iumenta, & iuvant nos, vel ad portandum onera, vt equi, & asini, vel ad trahendum, vt boves, qui trahendo aratum non modicum nos iuvant. Sed si accipiuntur iumenta non solum ad significationem nominis: prout significantur nomine iumentorum, & prout secundum communem accepti- onem hominum significantur iumenta: sed secun- dum etymologiam nominis, pro omnibus ani- malibus, quæ nos iuvant, sic possunt dici iumen- ta, id est iumenta sive nos iuvant ad portan- dum onera, sive ad trahendum aratum: sive ad lanificium, sive ad esum: sive ad quæcumque alia iumenta.

Tomo 3.

Etimolo-
gia nominis
quandoque
alior, quam
eius signifi-
catio.

C Sic & in proposito: nomine iumentorum intelliguntur magna animalia, quæ sunt quasi nostra iumenta, & iuvant nos, vel ad portandum onera, vt equi, & asini, vel ad trahendum, vt boves, qui trahendo aratum non modicum nos iuvant. Sed si accipiuntur iumenta non solum ad significationem nominis: prout significantur nomine iumentorum, & prout secundum communem accepti- onem hominum significantur iumenta: sed secun- dum etymologiam nominis, pro omnibus ani- malibus, quæ nos iuvant, sic possunt dici iumen- ta, id est iumenta sive nos iuvant ad portan- dum onera, sive ad trahendum aratum: sive ad lanificium, sive ad esum: sive ad quæcumque alia iumenta.

Viso quid importatur nomine reptilium, & quid nomine iumentorum. Videndum est, quid importatur nomine Bestiarum. Bestiae enim quasi vastæ dicuntur. Vnde August. 3. super Gen. vult, quod natura bestiarum conueniat leonibus, par- dis, tigribus, lupis, vulpibus: canibus, & etiam similiis. Ista enim, & similia dicuntur bestiæ, quasi vastæ: quia vnguis, & dentibus, & alijs destruunt & vastant, quæ vastare possunt. Vnde inter talia multa dicuntur esse feræ a ferendo, vel furien- do, & vastando, quæ ferunt, & etiam feriunt, & vastant quæcumque possunt.

Dub.



LTERIVS fortè dubitaret aliquis de eo, quod habetur in littera, q̄ aliqua animalia sunt ex aqua, aliqua ex terra. Nam in omnibus animalibus videatur dominati ignis, quia per calorem consolidantur membra cuiusque animalis, sine qua consolidatione animalia stare non possent.

Dicendum, q̄ secundum quantitatem in omnibus animalibus dominatur terra. Videndū est enim, cum omnia elementa concurrant ad generationem cuiuslibet animalis, quomodo se habeat elementa ad mixtionem animalis. Terra enim se habet, vt illud, de quo fit corpus animalis. Aqua autem se habet, vt illud, quod continuat partes terræ, de qua fit animal. Propter qd apparet, q̄ plus est ibi de terra, quam de aqua, quia aqua non facit nisi continuare partes terræ, quia terra sine aqua est discōtinua, & est puluis. Cum ergo ex terra fiat animal, & aqua concurrat ad continuandum partes terræ, longè est ibi plus de terra, quam de aqua, vnde & homo de terra dicitur formatus: quamvis formatus fuerit ex omnibus elementis, tamen quia in formatione eius plus fuit ibi de terra secundū quantitatem, quam de alijs elementis, dicitur de terra fuisse factus, & formatus, aer autem, & ignis concurrunt ad generationem animalium ad consolidandum partes animalis, aliud est enim continuare, & aliud consolidare, sicut videmus in lateribus, quia materia de qua sunt lateres continuatur per aquam: consolidatur autem per calorem ignis. Nam sine aqua, materia, de qua sunt lateres, esset puluis, per aquam tamen continuatur illa materia, & sicut continuatur per aquam illa materia, ita consolidatur per ignem. Ex hoc autem apparere potest, q̄ aliter cooperatur calor ignis ad generationem animalium, & aliter calor, & humiditas aeris, quia calor ignis operatur ad generationem animalium ad consolidandum membra eorum: calor autem, & humiditas aeris evidentur ad hoc operari tanquam illa, quæ habent aliquam principalitatem, quantum ad vitam animalium. Nam vita animalium videtur consistere in calido, & humido, non in quolibet calido, sed in calido temperato, cuiusmodi est calidum aeris, nec in quolibet humido, sed in humido de difficulti desiccabili, cuiusmodi est humidum aeris. Licet ergo in quolibet mixto concurrant omnia elementa, tamen manifestius apparet in animalibus, quomodo omnia concurrunt ad generationem ipsorum: quæ omnia elementa quomodo, & qualiter concurrunt ad generationem animalium, est per habita manifestum.

His autem omnibus prælibatis, adhuc restat dubium, quia, vt habetur in littera, in distinctione præsenti, dicitur in littera Gene. Dixit Deus:

Elementa
quomodo
se habeat ad
mixtionem
animalis.

Vita anima
lium in ca-
lido, & hu-
mida.

A Producat aquæ reptilia animæ viuentis, id est pisces. Et volatile super terrā, id est aves. ita quod pisces, & aves videntur facti ex aqua. Postea sequitur in littera Geno, & in tex. sententiam: Producat terra animam viuentem, iumenta, & reptilia, & bestias. ex quibus colligitur, quod iumenta, reptilia, & bestiae sunt facta ex terra, propter quod cum omnia elementa concurrant ad generationem animalium, dubitatur, quomodo pisces, & aves sint facti ex aquis, iumenta reptilia, & bestiae sint facta ex terra. Sciendum ergo quod semper in generatione animalium concurrit ibi terra, tanquam illud quod superabundat secundum quantitatem, de quo animalia sunt: & concurrit ibi aqua, tanquam continens partes terre, & concurrit ibi ignis, tanquam consolidans illam continuationem, & concurrunt ibi humiditas, & cæsiditas aeris, tanquam illa, quæ habet aliquem modum principalitatis in vita animalium. Sed proportionibus seruatim, est in talibus magna differentia attendenda, quia in aliquibus plus abundat elementum terræ. Nam propter hoc, quod in omnibus animalibus secundum quantitatem plus abundat terra: tamen in animalibus terrestribus adhuc plus abundat terra, quam in omnibus alijs animalibus. In piscibus vero, omnibus consideratis, plus abundant aqua, loquendo simpliciter quantum ad elementum aquæ, quam in alijs animalibus: in aui bus vero, consideratis omnibus, plus abundant aqua, non simpliciter, nec quantum ad elementum secundum se, sed prout est admixta aeti, & facit acrem nebulosum, quam in animalibus alijs. Ex his ergo causis animalia terrestria dicuntur facta ex terra, pisces, & aves dicuntur facti ex aqua. Et si considerentur verba Augusti, super Gene. referendum est ad aquam grossiore, vel ad ipsum elementum aquæ, quantum ad pisces, aves etiam dicuntur factæ ex aqua, quia referendum est ad aquam subtiliorem, vt patet ex Augu. i. ad aquam vaporabilem, & admixta aeri, quia secundum aliquem modum in complexione piscium plus abundat aqua grossior: in complexione vero avium plus aqua subtilior vaporabilis, & admixta aeti.

Pisces, &
aves quomo-
do ex aqua



LTERIVS fortè dubitaret aliquis, quia dicitur in littera alterius translationis, quod omnia Deus complevit die sexto, sed constat, quod dies 7. fuit alia a die 6. & die 7 fuit facta aliqua creatura, ergo die sexta non fuerunt completa omnia. Dicendum, quod Dies 8. fuit alius a die septimo, & dies 9. ab 8. Dicuntur ergo omnia facta in sex diebus; quia non fuit aliquid factum nouum post 6. Dies enim septimus, octauus, & nonus, & decimus, & alii dies sequentes fuerunt similes diebus præcedentibus: & quia continebant completam revolutionem, sicut aliq

alię dies præcedentes. Et si posset aliqua differētia assignari in talibus, quia modica esset, non esset de ea curandum.

Dub. VIII. Litteralis.

LITERIUS fortè dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur. Quia videtur ex tex. Sententiarum haberi, quod in illis 6. diebus fuerunt productæ omnes species animalium, nisi forte illæ, quæ nascuntur ex putrefactione corporū mortuorum. Sed contra: Videtur velle Philosophus in de animalibus, quod frequenter apparent nouæ species animalium, quæ nunquam apparebant. Dicendum, quod istud non potest intelligi, nisi vel de animalibus, quæ sunt ex putrefactione, vel de animalibus, quæ sunt ex industria hominū, satis est enim credibile, quod muli non fuerunt producti in prima productione animalium, sed postea ex industria hominum ex coniunctione asini cum equa productus est mulus. sic, & ex industria hominis ex coniunctione diuersarum specierum possent diuersæ species produci. sed talia non sunt computanda in productione primorum dierum, quibus fuit data benedictio diuina, ut multiplicarentur, & crescerent. quia omnia talia sunt sterilia, quia nec mulus generare potest, nec mula portare in ventre. Et quod dictum est de mulo, & mula, intelligendū est de omnibus animalibus sic genitis. Quantum vero ad alia, quæ nascuntur ex putrefactione, dicit Philosophus in 12. q. forte sunt per se, & a casu animalia, quæ generantur ex putrefactione. per se enim est generatio talium. quia secundum Commenta. ibidem, quod est semen in his, quæ generantur ex semine, hoc est putrefactio in his, quæ generantur ex putrefactione. Quantum ergo ad hoc est generatio talium per se, quia ex alio, & alio a specie siderum, & alia, & alia dispositione materiæ possunt alia, & alia ex putrefactione generari. Ideo ex putrefactione taliū possunt alia, & alia à casu generari. Potest ergo contingere, quod non fuit visum alias, quod fuerit concursus istius aspectus siderum, & in illo aspectu concurserit sic disposita materia, quod inde generaretur animal per talem putrefactionem. verum quia de his, quæ sunt per accidens, & a casu non est curæ arti, non oportuit talia esse facta in primis conditionibus rerum. Aduertendum autem, quod quantum ad animalia, quæ nascuntur ex putrefactione est aliqua materia ordinata ad generationem aliquorum animalium putrefactibilium, & alia ad generationem aliorum, quia, vt dicit Commen. in 12. & allegat Themistium. Vespæ enim videntur fieri ex corporibus equorum mortuorum. apes ex corporibus vaccarū mortuarum. ranæ ex alia putrefactione. muscilioles ex vino corrupto. In his autem nō intromittet se ita casus for-

Animalium
nouæ spe-
cies.

Muli pro-
ductio ex ho-
minis indu-
stria.

Animalia
putrefac-
tione quo-
modo ex se, &
à casu t. c.
is.

Com. 12.

A tuitus, sicut in his, quæ ex alio, & alio aspectu siderum ex materia aliter, & aliter disposita sunt alia, & alia animalia per putrefactionem.

Dub. IX. Litteralis.



LITERIUS fortè dubitatet aliquis de eo, quod dicitur, q. Deus quievit die septima, quia cessauit ab editione nouæ creaturæ. Sed cōtra: Sunt quædam, in quib⁹ sola virtus diuina operatur, vt in creatione animarum rationalium in infusione, & in operatione miraculorum talia omnia videntur esse noua, ergo &c. Dicendum, quod omnia fuerunt producta aliquo modo in primis sex diebus, sed nō eodem modo, propter quod sicut verificatur dictum Philosophi, quod nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu. Nam sensus exteriores sunt quasi quædā ianuæ, per quas itur ad sensum communē, imaginationem, & phantasiam, & postea a phantasmatibus, quæ sunt in phantasia, prout irradiat super eum lumen intellectus agentis, accipit intellectus possibilis, & sunt species ī eo. propter quod quæ sunt in intellectu, phantasia, & imaginatione, fuerunt prius in sensu, sed non eodem modo, quia imaginabimur bestiam habentem caput Leonis, & corpus capræ, & caudam serpentinis, & sic imaginamur chimeram, quæ dicitur esse parte prima Leo: media capra, anguis in imaliis enim bestia non fuit in sensu per se, sed per suas partes: sic nihil sit modo, quod non præcesserit aliquo modo in primis tex diebus, aliter tamen, & aliter, quia aliqua sunt modo, quæ præcesserunt tunc in principijs actiūis, & materialibus, & secundum similitudinem speciei: vt ea, q. generantur ex sibi simili, aliqua vero fuerunt producta in principijs actiūis, & materialibus, sed non oportet, q. fuerint producta secundum similitudinem speciei, quia multa possunt fieri per putrefactionem, vel per commixtionem particularium diversatum specierum, sicut fuit mulus, & talia, quæ non oportuit tunc esse producta. Tertio aliqua sunt, quæ tunc fuerunt facta non in principijs propriis actiūis, sed in principijs dispositiūis, quorum præcessit simile in illis sex diebus, sicut animæ rationales, quæ non educuntur de potentia materiæ secundum efficiā, sed secundum dispositionem, quibus præcessit simile secundū speciem, vt anima Adæ. Ad hūc autem modum possumus aliquo modo reducere creationem gratiæ, quia præcessit simile in illis sex diebus, scilicet gratia in angelis. & licet nos non possimus sufficienter disponere ad gratiam, possumus tamen sequi Deum nos vocantem ad eam. Quarto sunt aliqua, quæ non præcesserunt in illis sex diebus, nisi in potentia obedientiæ materiæ, sicut illa, quæ sunt per miraculū, quæ sunt per rationes obedientiales, per materia est apta nata obedire suo Creatori.

Diebus sex
primis quo
modo om-
nia produ-
cta.

Chimera
quid.

Dub. X. Litteralis.



Aues quo-
modo orna-
mentum &
qua-

LITERIS fortè dubitaret aliquis. Quia supra dicebat, aues factas esse ad ornatū aeris. Sed contra; Dam. cap. 9. vult, quod per volatilia copulantur tria elementa: Terra, Aqua, & Aer. ergo sunt in ornatū trium elementorū. Dicendum, quod aues copulant illa tria elemēta, sed non eodem modo copulant, & referuntur ad illa, ad terram enim referuntur, quia in ea quiescunt, ad aquam, quia de ea fuerunt factae, ad aerem, quia in eo volitant. sed cum ornatū non accipiatur secundum quietem, nec secundum materiam, sed secundum motum animalē, prout animalia per apprehensionem animæ se mouent in hoc elemento, vel in illo; & quia hoc faciunt aues in aere, ideo sunt ornatū aeris.



Dub. XI. Litteralis.

LITERIS fortè dubitaret aliquis de perfectione septimæ dici, quia dicebatur, quod animalia tunc inciperunt dare operam generationi, sed animalia expectāt determinatū tēpus ad generandū. propter qd non vñ, quod hoc fecerint die septimo, sed expectauerunt suum determinatum tempus. Dicendum, quod secundum Dam. 2. lib. cap. 7. Sol habet quatuor versio-nes in anno, & ait, quod primo vernalis, & subdit, quod in ipsa vernalione Deus fecit univer-sa, propter quod mundus fuit factus in vere.

B quod patet verum esse, quia tunc terra produxit herbas, & ligna pomifera, quod propriet in verè ista incipiunt fieri. propter quod Dam. co. lib. & cap. assignans proprietates veris ait, quod versio veris est bene concreata, qd sanguinis augmentatiua, calida, & humida mediens hys-mem, & statem. & quia tale tempus est aptum generationi, poterū dici animalia illa die 7. quæ fuit in verè: incipisse dare operam generationi.

* Mundus
in vere crea-tus. Sed vi-de ecclium
Rhodiginā
antiquum
lectionum,
lib. 1. cap. 9.
vbi dispu-tat an mun-dus in Au-tuno, vel
in vere crea-tus sit.

F I N I S.

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr
Ss Tt Vv Xx Yy Zz.
AA a BBB CCc DDD EE c FFF GGg HHh III KKK.

Omnis sunt Terniones, præter A B C D E F G H, qui sunt Duerniones: & præter KKK qui est Quaternio.